



# **Rodolphi Agricole Phrysiæ ... Nonnulla opuscula hac sequuntur serie.**

<https://hdl.handle.net/1874/341930>

2  
4

# Rodolphi Agricole & Brylij.

Viri vtriusq; Literaturæ peritissimi, nonnulla opus-  
cula hac sequuntur serie.

**C** **Axiochus** Platonis de Contēnenda morte. Ver-  
sus e Græco in Latinum.

**C** **Epistola**, De Congressu Imperatoris Friderici  
& Caroli Burgundionū ducis.

**C** **Epistola** variæ ad Iacobum Barbirianū/ de re  
scholastica Anuerpien. Item de Fornando studio  
cum multis aliis.

**C** **Parentesis Isocratis** ad Demonicum e græco in  
latinum traducta.

**C** **Oratio** In laudem Philosophiæ.

**C** **Oratio** ad Innocentium Octauū Pont. Max.

**C** **Carmen** de Vita D. Iodoci.

**C** **Anna** mater.

**C** **Epicedion** in mortem comitis Spegelbergi.

**C** **Hymnus** de omnibus sanctis.

**C** **Carmina** Ad Rodolphū Langiū, Iodocū Besses-  
lium Et Casparem abbatem mōtis S. Georgii.

**C** **Epitaphia** In Philippū Nothum ducis Brabā-  
tiæ cum nonnullis Epigrāmatibus.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly obscured by the paper's texture and discoloration.



2  
4

**P**etrus Egidius Anuerpian<sup>9</sup>, Martino Dor-  
pio Theologo, Amico iucundiss. S.D.

**Q**Uum nup aliquot Rodolphi Agricola<sup>e</sup> Vi-  
ri insignis doctrina<sup>e</sup> opuscula, nactus essem,  
Martine festiuis. Opere precium fore existimaui, si  
a foricorum tinearumq; morsibus prorsus vindicata  
typis excuderetur / vt etiam extrariis gentibus no-  
stratiu ingenia longe lateq; innotescerent. At pen-  
sulant mihi identidem cui nam potissimum cōsecra-  
rentur, Tu vel ex oibus vnus occurristi, condignus  
sane cui<sup>9</sup> sub noie literar<sup>um</sup> pceres (nā barbaros de/  
generes nihil moror) hoc quaecunq; est volumen  
euoluerent legerentq; / Equidem qum ppter eximia  
authoris ytriusq; lingue facultate gratissimum futu-  
rū dubio pcul cognoscere, tū nō parū nois sibi cō-  
ciliaturū augurabar si nois tui splendor in ipso (vt  
sic dicā) antilogio velut stellula quedā pfulgeret,  
Eteo certe libēt<sup>9</sup> effeci, vt te hoc q̄ti suscitabulo ad  
publicationē foeturę tuę inuitarē, qppe qui ipse pri-  
dem liquido ex Nicolao Buscoducen. amico vtriq;  
iuxta charo intellexerī eā iā exaffectā ppolitāq; p-  
ter formulas chalcographicas affectare nihil. Ac-  
cingere igitur & memoriae vegetandę gratia, edi-  
tionē tuā publicitus exosculandā, in man<sup>9</sup> doctore  
exire sinas, nullū me hercule facinus fuerit glorio-  
sius, presertim quod tibi summū tum decus, tū fru-  
ctus cōpabit. Et p qđ vicissim Louanieñ Academię  
atq; adeo doctissimis qbusq; plurimū nō tantū vo-  
luptatis, sed & vtilitatis sis allatur<sup>9</sup>. Verum vt in-  
terim te etiam ad palmatum quendam triūphum



prouocem. Nosti enī vt noster hic Rodolphus vti  
antesignanus quispiam. cum ipsa etiā & Græcia &  
Latio de doctrinæ fastigio contēderit, multosq; mi-  
litię literarię scientissimos. nō dico equauerit sed  
& longe vicerit. Id q̄ satis sup̄q; ex operibus liquet/  
& quēadmodū Elephantū a dentibus. Ita ex iis to-  
tum licebit estimare Rodolphum. Quod si fas est  
& alios recensere. Age Erasmus Roterodamum  
Virū vndecunq; doctissimum hoc in albo non se-  
cus ac Hanibalem quēdam collochemus, qui vt ille  
cū Romanis super libertate. Ita hic de arce regine  
eloquentiæ certauit. Cuius quidem laus tanta est  
vt nullis p̄coniis indigeat. ip̄a abūde vel p̄ se sit ap-  
prime illustris. Sed quorsum hęc inquires tā multa?  
Etenī vt tibi ad hoz̄ imitationē quasi classico quo-  
dam animarem incenderēq; Et ne patereris opus-  
cula tua diutius a scrineis strangulari/Quinetiā vt  
Germania que dudū mera Romana mera Cecro-  
pis atq; Attica facta est. Italię scrupulum inicit, &  
velut olim imperiū/ita lingue & gloriā & decorem  
tollat surripiatq;. Macte igit̄ & tā magnifico tro-  
phæo consulens, non prius quiescas q̄ opera tua in  
vulgū protruseris. vt vel exotici intelligant magis  
atq; magis Italię iacturā & ruinam. Neq; est q̄ ve-  
reare Barbarorū interim assultum, quin habeat &  
Louaniū cōplusculos viros neutiq; vulgariter eru-  
ditos. sub quorū tutamine. vti sub Pallados Aegi-  
de latitans Meduseos etiā vultus intuebere. Vale  
Doctissi. Martine Anuerpie pridie Idus decēbris.

3

ORNATISSIMI ELOQVENTISSIMI  
QVE ORATORIS. RODOLPHI AGRICOLAE.  
OPVSCVLA.

¶ Rodolphus Agricola. Rodolpho Langio. S. d.

Ibellum Platonis qui Axiochus inscribitur latinum feci, Tuq; potissimum cui eū dicarem occurrebas, q; facillime sperabā posse me tuæ beniuolentiæ imponere: vt cū acciperes eū: amici sinum illi non iudicis supercilium offerres/ Tibi igitur atq; adeo vni tibi illum dicaui, Vnde nanq; tantum mihi fiducia: vt audeā immēsum illud diuinūq; Platonis dicendū flumē populo meis verbis cognoscendum proponere: Tu itaq; si probabis hunc meū laborem, erit quod gaudeā magis pro tuo in me amore quē ego in causa putabo q̄ vt ingenio meo blandiar. Sin displicebit hec tibi opera mea perierit Idq; vel eo equiore animo feres q; q̄q; mihi felicissimi laboris conscius essem, in tuis tamē auribus tuoq; iudicio acquieturus erā quem solum ego meorum studiorum abunde magnū theatrum puto. Vale.

¶ Traductio Rodolphi agricolæ in Platonis Axiochum de contemnenda morte Incipit.

**E**Xeunti ad Cynosarges mihi: cum ad Dissum venissem. vox cuiusdam allata est clamantis Socrates Socrates. Vtq; cōuersus circūspectabā: vnde ea redderetur: Axiochi filium video Cluiam ad Calliroen currentē cū Damone musico Charū



daq; Glauconis filio Horū alter quidē musicā docebat: alter ex familiaritate amabat: simul atq; amabatur, Visum est ergo mihi recta deflectenti occurrere eis: vt q̄primū coueniremus. Perfusus autē lachrimis Cluias nūc tempus est inquit Socrates vt vulgatā semp de te sapientiā ostendas. Pater enī ex aliquo iā tēpore: viribus de improviso destitutus est: & prope est exitū vitæ molesteq; fert. adesse sibi finē tactū antehac cōtēneret morte horrēda ymagine exprimentes. comiterq; derideret Perge ergo, proq; tua consuetudine illū confirma, vt volens eo quo ducit necessitas sequatur, vtq; ille mihi ad reliqua hoc ipso etiā pie colatur. Socrates. Nullā me Cluia moderatā rē rogaueris frustra, q̄ iāto nunc magis cū ad hęc me voces pietatis officia. Acceleremus autē Si enī ita res habet festinato opus ē. Cluias. Vbi modo te viderit Socrates: rectius habebit Crebro enī iā euenit ei, vt exanimatus rursus reficeretur. Socrates. Quo citius autē perueniremus, ea que circa murū cognominata ē iuimus. In pximo nāq; habitabat porte que est apud Amazoniam colūnā Inuenimus ergo eū equis sumptis rursus sensibus, & corpore robustū, defectū vero mente profususq; indigentē cōsolationis, reuoluentē crebrose, suspiriaq; cū lachrimis atq; manū crepitu cientē Aspiciens autē illū: quid hoc inq; rei Axioche? Vbi nobis illa pridē magnifica verba, cōtinētesq; laudes virtutū: & mai⁹ q̄ vt dici posset ī te animi robur? Sicut enī timid⁹ athleta cū in gīnasio insignē te p̄bueris ad certamē ipm defecisti. An nō media



te cōsiderabis naturā vir tā? & rōni obsequēs vtq;  
nihil aliud Atheniēsis; q; cōmune videl: cet hoc &  
aboībus iactatū. pegrinatio quedā vita ēq; p̄ra  
gentes eā alacriter & tātū nō p̄ana canētes ad po/  
ltremā accedere necessitatē. tā molliter vero habe/  
te se tāq; egre: pueri more diuelli nequaq; prudē/  
tix p̄ se tert altioris etatē. Axiochus. Recte qdem  
Socrates ista mihi dicere videris: verū nescio quo  
pacto vbi propius accessit periculū. fortia illa grā/  
diaq; verba occulte subtere uolāt atq; negligūtur.  
oborīt aūt metus quidā. mētē multipliciter dīcer/  
pēs Si hac luce hisq; priuabor bonis. & exps mētis  
lensuūq; iacebo vbi cūq; demū putrescent & in pul  
uerē vermesq; cōuersus. Socrates. Impfecte cōiū  
gis Achioche p̄pter ipitiā cū sensuū orbitate sensū  
ubi q; ip̄e contraria facis & dicis Neq; cogitas q; si/  
mul qdē desies id q; sensib<sup>9</sup> carebis. simul ob putre  
factionē doles. amissionēq; vitę oblectamētōꝝ. ve/  
luti morte sis in aliā vitā trāsitur<sup>9</sup>. neq; in oīmodā  
abitur<sup>9</sup> sensuū abolitionē & eādē in q̄ priusq; nasce  
reris fuisti Vt enī cū Dracon Clitēnesq; guberna  
bāt rēp. nihil te male habebat (necdū enī cepas eē  
vt male tibi q̄cūq; accidere posset) ita neq; post mor/  
tem erit Nullus enī vt male tibi esse quicūq; possit es  
futurus Quin tu igitur hāc oēm discutis ineptiam  
illud cogitans. q; soluta simul hac compage. ani/  
moq; rursus in proprium restituto locum relictū  
istud corpus terrenum atq; rationis expers nequa/  
q̄ est homo. Nos etenim anima sumus animal im/  
mortale. mortali inclusum munimento Hoc autē

tabernaculū non sine malo nobis circūdedit natura, cuius lera quidem abstrusa sunt & volucra pluribusq; doloribus admixta, tristia vero improuisa diuturna, prorsusq; vacua gaudiorū. Valetudines nempe sentiētium membrorū vlcera, & morbi interni Quibus necessario (quoniā per corporis meatus sparsa est) condolens anima celestē & cognatū desiderat ethera, sititq; cupide supne illius consuetudinē gaudiaq; vitę. Discessus itaq; e vita: mali cuiusdā ē in bonū cōmutatio. Axiochus. Cū malū ergo Socrates vitam putes: quid ita viuere pseueras: cū rerū sis indagator; & nobis id est multitudi ni intelligētia prestes, Socrates. Nequaquā verum de me Axioche testimoniū dicis, Arbitraris enim quēadmodū vulgus Atheniēsū, quādo quidē res inquirō alicuius quoq; me scientiam habere Abest aut tantū vt recōditiora sciam vt voto optauerim etiā vulgata me ista nouisse. Sūt autē ista que dico Prodicī sapiētis tradita Illa qdā duob<sup>9</sup> obolis, illa duabus, illa quattuor dragmis redempta, Gratis enim hīc vir neminē docet, estq; mos ei semper Epīcharmi illud in ore habere.

Manus manum fricat, da aliquid, et aliquid cape. Nuper ergo cū apud Calliā Hipponici filiū declamaret, tantis deseruit cōtra vitā, vt ego ad ea que nullius sunt momēti, asscripserī illam Exeoq; iam in mortem mihi animus Axioche propēdet. Axiochus, Que dixit aut Socrates, Dicā eqdē tibi ea quorum mihi veniet in mentem. Que enim pars inquit etatis, calamitatibus vacat? Nonne statim



a principio plorat ut primū natus est infans: Vitāq;  
 a lachrimis auspicatur. Que tandē non premit eū  
 molestia: Semper enī vel penuria: vel frigore: vel  
 calore. vel verberibus vrgetur. Antea quoq; q̄ loq;  
 possit quanta patitur. flens scilicet hancq; solā ha-  
 bens anxietatis sue querelā Vbi septimum dehinc  
 expleuerit annū. multosq; labores exhauserit. iam  
 custodes gymnaste. magistri ludi. iam adolescenti  
 critici geometra. rei militaris preceptores. ingens  
 plane dominorum multitudo Post ista vbi in ephe-  
 bos inscriptus est. peior iā metus. liceū: academia:  
 gymnasiarchia: virge nullaq; prorsus malorū mē-  
 lura Omnis adeo adolescentis sub moderatoribus  
 est labor. qui ex Ariopagi delecti cōsilio presunt iu-  
 ventuti. Deinde cum fuerit istis exolutus iam cure  
 palā emergunt. reputatioq; quod viuendi potissi-  
 mum instituant iter. pręq; sequentibus incōmodis  
 priora illa puerilia videtur. & infantū reuera ter-  
 ritamenta expeditiones enī & vulnere perpetuiq;  
 certaminū labores. Hinc iam fallēs subrepat sene-  
 ctus. in quā confluit quicquid est infirmū fragileq;  
 nature Quod nisi otius quis vitā velut es alienum  
 reddiderit: astans supra caput natura tanq; fenera-  
 tor reposcit vsurā. Ab alio quidē visum. auditū ab  
 alio. persepe vtrūq; At si quis diutius cunctetur de-  
 bilitat eum. excruciat inēbrisq; destituit. Alii itaq;  
 multa senectute repuerascūt. animoq; bis pueri fi-  
 unt senes Dii ergo propter hoc ip̄m (vt quibus no-  
 tissime sint humane) quos plurimi faciunt. eos  
 citius auferūt e vita Agamedes & Trophonius ita p;



cū Pythii Apollinis edificassent templū. orātes da  
ri sibi qđ optimū esset cum obdormissent nunq̄ de/  
inde surrexerūt Sicutiā lunonis argiue sacerdotes:  
precāte matre eorū vt gratiā eis aliq̄ luno pietatis  
illoꝝ referret (cū enī cūctarētur iumēta succedētes  
īpi vehiculo matrē ad templū vsq; pertraxerāt) p<sup>o</sup>  
preces ergo nocte decesserūt Lōgū foret autē poe/  
tarū dicta recensere. qui diuiniorib<sup>9</sup> poematis ea  
que ad vitam pertinent nostram velut ex oraculo  
decātant quemadmodum deplorent illam Vnius  
q; solum memoratu dignissimū sat habeo meminisse.  
qui inquit.

Quā superi miserum stamen mortalibus eui  
Neuere. vt viui deflenda per omnia durent  
Iterumq;.

E cunctis hominum generi sors pessima vitæ  
Stat. quecūq; supra terram spirātq; meantq;  
De Amphiarao vero quid dicit

Iuppiter hunc totis animis. hūc magnus apollo  
Diligit & iusti metas non attigit eui.

De illo quoq; qui ita iubet. nascens fleat qui tāta  
vitæ intrat mala quid tibi videtur? Sed cesso ne  
cōmemorādo alios. rem contra q̄ institui longius  
ducā Qđ aut vitæ quisq; institutū. quā artē diligeret  
vt non queratur de ea atq; presentibus offendat  
Opifices mercenariāsq; recenseam<sup>9</sup> artes ex nocte  
in noctē vsq; laborātes & vix tolerātes vitæ neces/  
sarios sūptus. cōplorātes seipsos onēq; vigiliā suā  
merore lachrimisq; cōplentes At nautam dicam<sup>9</sup>  
p̄ tāta penetrātem p̄icula. quiq; quemadmōm Bias

ait neq; iter mortuos est neq; iter viuos Terreſtris  
enī hō velut ambigui generis. ip̄e in mare ſeſe pieſ  
cit totuſq; arbitriū iactus eſt fortune. Verū dulcis  
ē agricultura. Eſt ſane nōne tota tñ ē qd aiūt huic  
ſemparatā doloris habens cām. nūc quidem ſic  
citatem. nūc pluuias. nūc vredinem. nūc rubiginē  
nūc vel eſtū inſtempetiū vel frig<sup>o</sup> cōquerens illa  
quoq; honorata in primis reip. cura (multa enim  
p̄tereo) p̄ quātas rapit<sup>r</sup> Anxietates Que gaudia qd  
dem habet ſurūculi in modū trepida ſemp atq; liti  
mulis repleta. ſpulfas vero acerbas & milies mor  
te peiores Quis enī beat<sup>o</sup> eſſe poſſit vulgi viuens  
arbitrio tametſi faueatur ei plaudaturq;. populi  
ſcilicet ludicrū iactus: exhibitatus. damnat<sup>o</sup> mor  
tuus & tum miſerādas viſus. Vbi namq; Axioche  
tu qui ī rep. verſaris vbi Milciades vbi Themisto  
cles vbi Epialtes obiit. vbi item qui nup̄ in rep. du  
ces fuerūt qñ ego quidem in eā non ſum adductus  
ſententiā Neq; enim honeſtū mihi videbatur. vt  
inſanienti populo dominationis particeps fierem  
Theramenes aut̄ & Calixenus deinde conſtitutos  
p̄ficiētes magiſtratus vt indemnari necarentur  
hoīes effecerūt. tuq; cū Triptolomo reſiſtebas illis  
loluſ e triginta milib<sup>o</sup> in cōtionē coactis. Axio  
chus. Sūt iſta Socrates vt dicis. ita p̄ ex eo ſugge  
ſti me ſacietas cōepit neq; mihi qcq; acerbius rep. vi  
ſum eſt Perſpicuū id quidem illis qui in ipſo ſunt  
negocio verſati Tu namq; dicis hęc veluti qui de  
ſublimi ſpectaueris. nos vero qui fecim<sup>o</sup> periculū  
q̄to exact<sup>o</sup> ſcimus Popul<sup>o</sup> enī cariffime. Socrates



ingratus est, morosus, crudelis, inuidus, immoderatus  
ut qui sit ex colluue turbæ & stultis insolentibus  
collectus Huic autē qui assentatur multo ipse  
miserior ē. Socrates. Quādo igitur Axioche hęc  
que liberalis maxime oīm est artium, omniū maxi-  
me abominandā putas quid reliqua vitæ genera,  
an non putabimus prius esse fugienda? Andiu eri-  
am Prodicum quandoq; dicēt q; nihil quicq; neq;  
ad viuētes mors neq; ad defunctos p̄tineret. Axio-  
chus. Quō dicis ista Socrates? Socrates. Quo-  
niam neq; circa viuētes est; hi vero qui obierunt  
nō sunt amplius Ita q; neq; apud te est; nōdū enim  
obiisti neq; si quid tibi accidat ē circa te futura, nō  
enī eris Stultus est igitur dolor de Axiocho, qualis  
neq; est neq; futurus sit Axiochum mente torque-  
ri, sitq; simile veluti si Scillā aut si quis Centaurū  
reformidet que neq; iā imminent tibi neq; sint vnq;  
ad exitū tuum affutura Existentiū enī rerū est me-  
tus; que non sunt aut nemo est qui p̄timeat Axio-  
chus Tu quidē docta hęc verba ex ea que nūc pul-  
lulat garrulitate protulisti, illinc est enī hac ques-  
tus captatio illicinde iuuentuti apparatus, Me ve-  
ro amissio bonorū que sunt in vita tristē reddit,  
etsi Socrates probabiliorē etiā hac quā modo di-  
xisti crepueris orationē, Non enī errabunda iā mēs  
ducitur apte coherentibus verbis, neq; contingunt  
mentē ista; sed in ostentationē splendoremq; orati-  
onis parata multū absunt veritate. At animi egritudo  
captiosus nequa q; sistitur verbis sed illis acq;  
escit solum que valeant ad mentem vsq; penetrare



Socrates. Coniūgis imprudenter Axioche & bonorum priuationi malorū substituis sensum, oblitus q̄ tūc mortuus sis futurus. Eum namq̄ qui bona amittit contraria ledunt que patitur mala: at q̄ non est nihil eius quo priuatur locum recipit quomodo ergo esse posset vllus in eo dolor: qđ nullam ledentium noticiam exhibebit. Qđ si non ab initio Axioche per imprudentiā vnum aliquem sensum cum morte cōponeres, nequa q̄ metueres eā. Nunc ipse te subuertis, timens amissum ire animā aliāq̄ animam illius amissioni circundas. Et turbaris q̄ sis sine sensu futurus, hocq̄ ipsum non sentire alio te sensu comprehensurū putas. Ad hęc multę sunt perpulchraq̄ de animi immortalitate rōnes. Neq̄ enim mortalis natura in tā varias res attollere sese posset vt contemneret ingentium ferarū vires, maria transmitteret, conderet vrbes, res publicas constitueret. Respiceret etiam in cœlum & astrorū videret reuolutiones, cursusq̄ solis & lunę, ortus itē & occasus, defectus, celeritatem, distātiās, equinoctiaq̄ & duplices cōuersiones Peliadum etiam & Hiemis atq̄ Aestatis ventos imbriūq̄ casus & horrendos turbinum raptus vt comprehensos quoq̄ mundi labores seculis traderet, nisi diuinus quidā mentibus nostris spiritus inesset quo complexum noticiamq̄ tātarum attingeret rerū. Transis itaq̄ non in mortem Axioche sed immortalitatem nō in amissionē bonorū sed sinceriorē eorū pceptionem neq̄ ad voluptates mortali cōfusas corpori sed ab oībus pr̄sus molestiis purgatas. Illuc enī ex hoc so/

lutis carcere proficisceris vbi quieta letaq; oia &  
nulla fatiscētia senēcta. tranquillāq; illic perages  
vitam. ab oib<sup>9</sup> liberā incōmodis & serena placidā  
quiete rerū cōtemplans naturā: atq; Philosophiā  
non ad turbam neq; inspeciem sed ad puram ger  
manamq; deditus veritatem. Axiochus. In con  
trarium me Socrates hac oratione distulisti. Non  
enim metus iam me sed desiderium tenet mortis.  
Vtq; ego rhetores imitatus grandius aliquid dicā.  
iam dudum superna mente concipio & immensum  
illum diuinumq; recenseo cursum collegiq; ex in  
firmitate me. sumq; iterum quasi nouus effectus.  
Socrates. Si vis aut aliam etiam orationem cape  
quā retulit mihi Gobrias auagus. Is dicebat secū  
dum Xerxis in graciā transitum auum suum sibi  
cognominē missum esse in delum quo eam tueret  
insulam in qua bina sunt numina pgnata. Ibi illū  
ex eneis quibusdā tabulis: quas attulissent ab hip  
boreis opis & hecaergus didicisse: animā postea q̄ a  
corpore sit exoluta in ignotum quēdam locū sub  
terraneo discedere recessū in quo Plutonis sit regia  
nihilo minor q̄ aula Iouis. Terra etenī mundi me  
diū tenēte ambitū eius esse globosum. cuius alterū  
quidē semiorbē dii superi acceperint inferi alterū  
atq; hi quidē fratres illorum. hi vero filii fratrum.  
Vestibula aut qua aditus ad Plutonis est regnum  
ferreis esse claustris atq; a clauib<sup>9</sup> obfirmata. Ape  
rientē illa fluuius excipit Acherō post quē Cocyt<sup>9</sup>  
est. Eos vbi quis traiecerit ad Minoem & Rhada  
mantū est accedere necesse. Vocant hunc cāpū ye



ritatis inq; eo iudices sedent recognoscentes eorum  
qui aduenerint vniuscuiusq; vitā & qua quisq; ra-  
tione corpus inhabitans ætatē peregerit. Nec mē-  
tiendi illic vlla facultas. Quibuscunq; aut in vita  
melior aspirauerit demonii sedes incolunt piorū.  
vbi omnes ore scatent omnigena fructuū vbertate  
fontes puris labuntur aquis. variis prata omnimo-  
da floribus vernant conuentus sunt philosophoz  
theatra poetarum. exultantium corone. musiciq;  
concentus. Ad hæc instructa diligenter cōiuiua &  
ipsa sese suppeditans affluentia victus. Non enim  
frigus illis non æstus est grauis. sed temperatus aer  
funditur mitibus solis radiis illustrat<sup>9</sup>. Hic etiam  
iniciatis est dignatio quedam. & religiosa ibidem  
quoq; peragunt sacra. Quomodo ergo hic honor  
habebitur college deorū Herculem nāq; liberūq;  
patrem descendentes ad inferos priscus est sermo  
hic iniciatos fuisse & fiduciam quo illuc irent ab  
eleusinia accepisse. At illi quibus per scelera vita  
fuerit peracta p tartarū a furiis ad herebū chaosq;  
rapiuntur vbi impiorum est locus inexplēbilesq;  
danai filiarum vrne. vbi tātali sitis præcordia ticii  
sizophi inexplicitum saxū cui<sup>9</sup> finis ab alio incipit  
rurū labore. Ibi circū lambētib; eos feris: inde-  
sinenter lampadibus adusti & omnium penarum  
afflicti cruciatu tormentis laniantur immēsis. Ista  
quidē ex gobrya ego audiui: tuum vero de eis erit  
Axioche iudiciū. Illud nāq; ratione adductus solū  
scio constāter q; omnis immortalis est anima quæ-  
cunq; ex hoc loco transfert & p̄sus expers doloris



Siue sursum ergo Axioche siue deorsum beatus sis oportet qui probe pieq; vixisti. Axiochus. Pudet me Socrates dicere tibi quiddam. Tantum abest vt timeam mortem vt nunc eius etiã teneam amore: vsq; adeo & hæc mihi & illa de cœlo psuasit orō Cōtemno etiã vitam vt qui sim in melius domiciliũ transiturus: nuncq; paulatim ea que dicta sunt ipse mecũ recensebo. Tu vero meridie fac assis mihi Socrates Socrates. Faciã vt dixisti. Ego quoq; ad Cynosarges vnde huc vocatus sum redeo ad deambulationem.

¶ Finit dialogus Platonis de contēnenda morte qui Axiochus inscribitur Feliciter.

9  
RODOLPHI AGRICOLE Traductio in  
epistolā de cōgressu Imperatoris Friderici & Karo-  
li Burgūdionū ducis

Antonio Scrofineo Rodolphus agri-  
cola, Salutē dicit,

Niunxisti mihi vt litteras illas quas de  
i congressu imperatoris Friderici & Karo-  
li Burgundionū ducis gallice pscriptas le-  
gisse me tibi narrauerā. in latinū sermonē conuer-  
terē. Gessi morē voluntati tuæ, non tamen verbū  
ē verbo exprimens sed lacius nōnunq̄ contractius  
ue res explicās. Ordinē quoq; rerū sicubi cōmodi⁹  
visum est cōmutaui. Tu siq̄ parū latina tibi videntur  
bunt aut nescisse me meliora aut vt excusationē  
aliq̄ ignoratiæ mee prætexam rerū culpā putabis  
quarū nonnullas q̄ nostro euo repte sunt difficile  
crediderī prisca appellare nominibus. Neq; enī  
fieri potuit vt vetustati cui res ignorarent nota ea-  
rū essent rerū noīa Sed hæc vteūq; sint vna eadēq;  
maxima excusatio mihi tu q̄ iussisti. Malui enī au-  
daacter suscipiendo obsequi tibi q̄ offendere negan-  
do prudenter Epistolæ hæc erat sententia.

Arnoldus de lalaing prepositus diuē Mariæ  
brugēsis Paulo baenst rectori papiensi, S. d.

Respectū mihi fuit sūmo te studio summaq;  
voluptate cōuentū imperatoris & ducis no-



stri auditorū idcirco rem oēm quā potui diligētis  
sine p̄quisitam exploratāq; scripsi. Certior factus  
ab imperatore dux velle se magnis arduisq; de res  
bus corā secū agere. cōpositis rebus ducat<sup>9</sup> Gelrēs  
sis quē bello subegerat in Lothoringiā aduenienti  
imperatorī est obuiā profectus. Erat secū fere dimi  
diā exercitus sui pars quē in dicta expeditione ha  
buerat. Metēse oppidū est lothorigorū clarū iis lo  
cis & natura opereq; egregie munitū. Id cupiebat  
ingredi dux Ciues reputantes & armato & poten  
tiori & inter hostem amicūq; dubio credere peri  
culosum. quū nō nisi p̄afinito numero comitū.  
& quibus si vim pararet pares se crederēt illū ad  
missurū se dicerent. respondit maluisse se qd̄ cogē  
re posset impetrare. Esse sibi clauēs portarū in p̄o  
ptu arma exercitūq; significās Statua haberi in  
agro Treuirēsi Exercitus. per villas tecta q; vicorū  
sparsus tres in longitudinē. in latitudinē duas cō  
tinet leugas Tertio kalendas octobris imperator.  
Treuiros venit comitatus filio suo & turchi filio.  
Treuirorū ciuitas ad mosellā flumen sita. sexagintā  
supra moselle & rheni cōfluentem milibus & re  
rum gestarū magnitudine & vetustate vrbis (quip  
pe circa troiana conditam tēpora ipsi affirmant) p̄  
clara Gallica olim gens & que diu ambiciose iter  
germanicas videri voluerit: donec tandē promotis  
tinibus germani & occupato quicquid galliarū  
ad rhenum pertinet treuiros quoq; in imperiū no  
menq; suū adegere. Huc cū venisse imperatorē  
dux accepit ipse proficisci postridie parabat. Quē

vbi appetere auditū est simul ipse imperator cum  
 omni strepitu fortunæ suæ. simul episcopus treu-  
 rensis & quicquid nobilitatis dignitatūq; tota in  
 ciuitate fuit paulo minus leuga obuiam processit.  
 Postq̄ in conspectum vtrinq; ventum est dux ve-  
 nerabundus detecto capite equo desiliit. Itidē im-  
 perator faciens procūbentem in genua ducein am-  
 plexus sustulit. Dicta ergo redditaq; salute; & a du-  
 ce reliquis etiam quibus hic debebatur honor sal-  
 uere iussis; rursus equos inscendunt. Ibant iuncto  
 gradu imperator atq; dux; sequebantur filius im-  
 peratoris & turchi. Post hos vt cuiq; nobilitas vel  
 claritudo erat. Ingēs numerus vtriq; principi qui  
 tubis buccinisq; præcinerent. Tributa hæc quoq;  
 duci ab imperatore dignatio; vt ducis ipsius primi  
 agminis essent soliq; canerent. Præcedebant dus-  
 cem pro numero gentium quibus imperat (cadus  
 ceatores nescio an nomen clatores dicam) vulgus  
 gallorum hiraldos vocat genus hominum gallie  
 germanisq; & reliquis ad occidentem nationibus  
 vsitatum; italie non perinde cognitum; genus nos-  
 bilitatem; decus principum insigniumq; per gen-  
 tes familiarum nosse ipsorum muneris habetur;  
 quibus maioribus nobilissima queq; donus pro-  
 pagata; quid in qua; honeste egregie; fede turpi-  
 ter factum patratumue ipsi præcipue vel norunt  
 vel nouisse creduntur. Tuti ac velut sacrosancti;  
 in pace honorati; in bellis quoq; quamuis seuis  
 intacti. Libertas ac licentia scelerate facta princi-  
 pum reprahendendi; minor nunc quidem olim



maxima Ausi adire mensas regum & resupinatū  
(sūme id ignominie loco habebat) panem appone  
re: & lintheū quo mensa insternitur medium pscis  
dere & alia dedecoris notādi causa facere. Sed hæc  
quemadmodū plæraq; robustior in vicia posteris  
tas magna ex parte neglexit. Nomen tantū & ves  
tustæ venerationis potius memoria q̄ præsens au  
ctoritas remansit. Hi insignia singularū gentium  
nomenq; præferentes ducem vt diximus præcede  
bant Gladiū dux maiori (vt par erat) potestati cō  
cedens imperatori submisit. Erat videre cuncta  
opulentię maiestatisq; plena. Strepebāt tubę buc  
cinęq; & funalia flammantesq; ob iter cerei: noctē  
incenderant; iam fremitus & ardor hominū equo  
rumq; & omnia ostro atq; auro fulgentia: & hæc p  
tranquillitatem tanq̄ exposita spectaculo notabi  
liora omniū in se aures oculosq; conuerterant. Im  
perator vestiebatur textili auro: vestis ad pedes p  
fusa: & circū collū replicata perq; humeros more  
thurcorū sparsa limbo circū pedes manusq; ingen  
tis præcii margaritis picturato. Ipse grandis natu  
sed virenti adhuc atq; solida iuuenta. Dux autē cir  
citer quadraginta natus annos in ip̄o ætatis robo  
re medio rerū glorięq; cursu cōspiciuus armis se to  
tum texerat. Fulgebat desuper chlamis vnionibus  
carbunculis adamantibus distincta: quā qui par  
cissime ducentorū milliū scutatorū estimauerunt.  
Tam multorū paupertate cōstat vt vnus vestiat.  
Scias necesse sibi esse velut ex immenso & inexpl  
bilicupiditate haurire cui tantū libeat in re modi

ca profundere; Filius imperatoris decimū octauū  
agens annū, insigni facie; egregio & p̄tate & ca/  
pacissimo paterne fortunę ingenio indutus sangui  
neum intertextū argento Thurci filium aiunt ca  
ptum in bello qđ cum imperatore Trapezūtio rex  
thurcorū gessit. Romæ de hinc ad pōtificem maxi  
mū missum esse; mox ab eo imperatori dono datū  
Amictus patrio more veste aurea figurata erat Cri  
nem in nodū collegerat sicut sarinate solēt, toruus  
aspectu; prorsusq; horror & patria vastitas vultu  
apparebat. Iam plariq; alii duces comites atq; p̄ri  
cipes; viri magni memorandiq; si soli fuissent nūc  
solum tantorū nominū accessio Pręcipui quoq; ho  
nore; aut opibus; populi treuirensis prope sexcenti  
equites; amicti omnes rubeis vestibus iactātes du  
ci officiū suū & imminētes forte metus p̄auis be  
neficiis occupaturi Imperator & dux multo & quā  
tum ex vultu conicere erat benigno sermone iter  
emetientes; quū tandē p̄ mediā vr̄bem ad forū vē  
tum est, longis inter se p̄cibus vtriq; longa obse  
quiorū ostentatione, vter alterū domū comitaret  
contenderūt. Concendente vero neutro & ambo  
bus tantū honorem obstinate obnuentibus; vale  
facientes inuicē discedūt. Imperator in aedes āplas  
atq; magnificas ī p̄spectu fori; dux extra muros vr  
bis ad sanctum Maximinū (coenobiū id est diui be  
nedicti) diuertit kalendis octobris quū p̄adissent  
dux iā pridem opperientem se imperatorem domi  
suę cōuenit Stabat impator ī aula aureis sericisq;  
tapetibus instructa innixus abbaco & cogitabuna



do similis. Vtq; aduenientem ducem cōspexit ob/  
uiam in medium atrium progressus humanissime  
salutatum dextera apprehendens in aulā pduxit  
Ibi adhibito vno principali ducis scriba diu mul/  
tūq; incertū qua de re collocuti. Vbi satis visum ē  
circumlatū ex more vinū & bellaria discessumq;  
Ibi iterum instare imperator: velle foras comitari  
ducem: abnuere vero dux neq; vlla id ratione pati  
Tandem victor dux cum medias scalas transisset  
imperatorem sequi parātem propere rediens inq;  
mediam reducens aulam abscessit. Postridie dux  
rursus reuisit imperatorem: abduxitq; secū ad san/  
ctum maximinum vbi diuertisse ipsum p̄dixim⁹  
Induebatur imperator purpura intertexta auro:  
dux p̄ter pilleum vestem gestabat ducalem: fili⁹  
imperatoris damascenam viridem vestierat. In re/  
liquo comitatu tantum texti fabrefactiq; anri quā/  
tum vel his gentibus vel hoc seculo difficulter nisi  
qui vidisset putaret fuisse. Non errauerunt forte  
qui dixerunt: peregrina luxuria patriam gloriam  
commutasse germanos. Quis credat horum maior/  
res sago aut pellibus quas feris detraxerant vesti/  
tos toties Romana arma exercitusq; fudisse & qua  
qua versum trans flumina maria montesq; auxisse  
fines. Ingressi sunt conclaue quoddam imperator:  
vnaq; episcopus mogūciacus secretorū suorum in/  
timus arbiter: & dux cū p̄cipali scriba Cepit no/  
mine imperatoris episcopus dicere de re christia/  
na quo loco quamq; difficili in statu esset: tum du/  
ci de maiorum suorum splendore: tum precipue

12

quoq; de sua laude rebusq; gestis subnectere cau-  
las; hortariq; vt opem ferret Dignum prorsus eo  
vigore eo virium & animi impetu opus; consulere  
in commune sacro christiano nomini & vna opera  
de deo hominibusq; optime mereri Pulcheri imū  
idem tutissimumq; inceptum extra fortune incer-  
ta supraq; liuorem detractionis positum. Quippe  
in quo aduersa reprehensione; secunda careret in  
uidia. In hanc sententiam cum multa dixisset mo-  
gunciacus respondit dux cupere quo possent a plu-  
ribus que pro se dicēda viderentur exaudiri in lo-  
cum ampliozem se reciperent: Concessum in sena-  
culum quoddam grande ornatum auleis in qui-  
bus exactissimo opere res Alexātri eius qui orien-  
tem perdomuit erāt intexte Huius viri precipua  
admiratione qui curas studiaq; sua interius norūt  
aiunt ipsum teneri. In medio sella eminentior gra-  
dusq; quibus adibatur subsellia quoq; instrata au-  
ro. Consedit imperator ad dexteram erant episcopi  
Mogunciacus Treuerēsis; Metēsis; filius im-  
peratoris; marchio balnearum; post Iodouicus &  
Albertus duces bauarie comites montis vigilan-  
tis & vuirtenbergensis; filius thurci; & clarissi-  
morum virorum magnus quantum locus cape-  
re poterat numerus. Ex altero latere dux Burgū-  
die; episcopi item Leodiensis & Traiectensis reli-  
quaq; aulicorum nobilitas Astabat proxime du-  
cem scriba amictus purpura villosa vir vt apud  
gallos eloquens & prōptior q̄ facundior Is latine  
orsus dicere; primum orationem Mogunciaci



recensuit: tum de rege francorū beneficia Philippi  
patris in ipsum meritaq; ex quo exul paternam tu  
giens iram hospicio ab eo exceptus sit: hinc vt ope  
ra sua reductus in regnum: post hæc accepta compo  
sitaq; bella: & que alia ad hanc rem pertinebant mul  
tis verbis commemorabat. Tum de principe aqui  
tanie subiecit diligentissime omnia explicans. Pos  
tremo ad postulata respondit dolere principē suū  
cōmunem vicem christianorum & recenti memo  
ria acceptas clades se si quem aliū grauissime fer  
re Quāq; autem ipse id sibi nō sumeret in ea regum  
principūq; magnitudine & opibus vt si eum ee pu  
taret: qui vel auxilio vires firmare posset aliorū:  
vel auctoritate cōmouere mentes deberet: si tamē  
tuti populi sui salue res permittant. effecturum se  
vt nemo in ipso quicq; præter successus felicitatēq;  
desideret Intelligentq; omnes ad hanc rem nec vi  
ro sibi animos. nec principi opes. nec christiano re  
ligionem defuisse Facto dicendi sine dux impera  
torē ad ædes suas vsq; reduxit Dux aquitanie de  
quo supra mētio: frater regis erat iuuis sibi atq;  
infensus Huius causa quod rex prope pro exhere  
de ipsum habebat susceptū inter duces Burgun  
die & regem bellū iactabatur Postea vero quam  
dux victum in acie regē & obsidione Parisi<sup>9</sup> pres  
sum ad conditiones accipiēdas coegit maiora di  
uersioraq; quā pro hoc incepto victoriæ præmia  
recepit Vt crederent qui malignius interpretabā  
tur cuiusq; cupiditate suæ speciosum hunc titulū  
circumdedisse. Ipse frater autē proximis annis mi

feranda peste consumptus mortē obiit. Egrotabat  
grauiter & morbi ignoto genere: decidere vngues  
capilliq; defluere vt suspitionē preberet hausti ve-  
neni. Et vt est vulgus ad optima faciēda tardum:  
ad dicēda pessima promptissimū. ingēlq; libido de  
maximo quoq; turpissime estimandi: auctorem ne  
cis eum videri voluerunt; cui fuerat dum vixit in-  
uisus & ad quem mortis prēmia redibant. Paucos  
post dies oratus a duce imperator secū pransus est  
Conuiuium maximo apparatu magnificētiaq; in-  
structum erat vt propemodum nuptiis suis; qua-  
rum fere per omnem galliam germaniamq; cele-  
bratur fama exequaretur. Hactenus epistola & si  
qua visum est mihi rerū cognoscendarū adiciere  
causa. Reliqua ex his qui attuere. Agebatur vt fi-  
lio imperatoris in matrimoniū ducis filia locare-  
tur nec satis cōuenit hactenus Imperator procura-  
torē seu vt ipsi dicūt vicariū impiū ducē perinde vt  
ipse poscebat creare paratus erat; si mō dux antea  
nuptias firmasset. Dux contra pcuratiōē prasu-  
mere velut ex tuto volebat; deinde de nuptiis com-  
muni se sentētia statuturos pcuratiōis huius hoc  
aiunt esse munus debere: anisurū ducē studio viri-  
busq; quātū posset omnia que vsq; imperio ablata  
sunt ad priscā Romani pricipatus maiestātē rur-  
sus redigere. Ingēs materia & audenti & p̄spero &  
ad quoduis audax ceptū in speciē abūde multum  
iuris Preterea alia quedā petisse ab īperatore dici-  
tur quorum nihil neq; negatū neq; tamen satis p̄-  
nis auribus auditū. Spectacula quotidie atq; ludi



equorū cōcertatio: hastatorū cōcursus: silācra pu-  
gnarū & in certamē opulentia fortunarūq; fulgor  
ostentatus. Maior impatori clarorū virorū nume-  
rus atq; nobilitas: apparatus: splendoreq; rerū dux  
effusior. Equidem audiui qui affirmaret emulatio-  
ne inter ipsos agi. Et vtrumq; oblitū mensurę suę  
illū quidem inuidere minori hunc vero contemne-  
re maiorem.

**C**Eiusdē familiaris epistola Anduerpiē. scho-  
le abrenunciantis In qua de scolasticis tediis deq;  
antiphrafico eius nomie. Item de rumore vano su-  
per vita Karoli ducis. Et vtilis tandem cōmonicio  
qualis ludi litterarii magister eligendus sit.

Rodolphus Agricola suo Iacobo barbiriāno  
Salutem plurimam.

Eddite sunt mihi suauiissime Iacobe in iti-  
nere simul quaterne litterę tuę. Quarū  
aliis qd a me fieri cupias: aliis q; neq; ipse  
veniā neq; litteris quid factur⁹ sim certiorē te faciā  
acerbius cōquereris Eis oībus quo apert⁹ respon-  
deā: & tu simul quid faciendū mihi sit facilius cō-  
gnoscas: paulo altius necesse est rationem itineris  
mei repetā: quod facientē me tuę litterę deprehen-  
derunt. Est oppidū vicinū nobis quod Campos vo-  
cant. Eo pridie decollationis Baptiste: negocii cu-  
iusdam tum animi quoq; leuandi causa: domo p̄-  
fectus erā. Illic reddunt mihi litterę ex Theodri-  
co plinio ornato hoīe & mei amātissimo. q; iurisciui

lis doctor imprimis eruditus in cōsilio ē comitis pal  
latini Credo vidisse te illum superiore anno in com  
mitatu domini Augustensis; quia ppetuo magistꝛ  
Adolphū nostrum affectabatur, luuenis decora ta  
cie & Havis crispantibusq; capillis insignis. Is itaq;  
scribebat Cācellariū comitis palatini cui Ioanni  
dalburgio nomē est hoīem nobilē apprie atq; egre  
gie eruditū; & mihi longa vitæ cōsuetudine sūma  
beniuolētia; summo studiorū consensu, charū atq;  
perinde deuictū; ad Vormacēsis ecclesie episcopa  
tū postulatū esse. Orare illū & sūmopere hoc a me  
sūmoq; studio cōtendere vt ad se venirē q̄primū id  
facere possem. Acturū se mecū ea fide, ea beniuolē  
tia quā iā pridem in eo cognouissem & experimen  
to cōpertā haberē. Munificētia vero tāto p̄pensiō  
re futurū; quāto paratior eius nūc sibi facultas eēt  
q̄ antea fuisset Curaturū se & omni enixurū ope  
ra vt intelligerem non sibi magis ipsum honore re  
busq; auctum esse q̄ mihi, diuifurumq; cuncta me  
cum & (que lex amicitia apud veteres sanxita est)  
omnia nos communia habituros Addebat ad hęc  
Theodricus p̄æces suas monere rogare exposce  
re vt venirē iūcturos nos rursus vetus cōtuberniū  
Nā & ipse domi domini Cancellarii degit (repeti  
tuos pristina studia; omnem intermissam consue  
tudinē alacritatemq; letioris vitæ reuocatuos.  
Abrumperem modo quicquid morari me posset.  
& venirem darem; hoc vel amicitie nostrę si mi  
nus vtilitate rerum vel vtilitati si minus amicitia  
permouerer. Aut certe potius his vtriscq; cōcederē



quorum vtrumuis crederet vt peruinceret suffices  
re posse. Has litteras cum perlegissem cepi dubita  
re mecum equid statim ad eum proficiscerer. De  
terrebat me itineris longitudo: decem enī iam mi  
las domo aberā & fere septuaginta restabāt. Quia  
tamen iter auspiciatus eram & pedem e limine pro  
tuleram quod vulgato prouerbio maxima profes  
tionis pars est statui persistere in incepto: & si nō  
aliud adire eum & salutare hominem amicissimū  
& illius fortune dignitatēq; gratulari. Profect⁹ er  
go sū: veni Heidelbergā: id oppidū est studiis om  
nium illustrium artū vt apud germanos nō igno  
bile: illicq; fere semp palatin⁹ itatiua habet. Ibi tū  
cācellariū inueni Exceptus sum ab eo hūanissime  
& summo vt præ se ferebat gaudio sūma etiā mul  
torū doctorū hoīm expectatiōe quib⁹ illi⁹ predica  
tione nomē meū erat notū. Ipse etiā princeps vir eq  
tate iusticia moderatiōe clemētia religiōe oī vitæ  
morūq; suauitate & vt semel dicā: oī principis pri  
uatiq; hominis laude cōsummatissimus meo iudit  
cio. Is quoq; ea benignitate se mihi ea hūanitate  
p̄buit vt neq; ille plus facere debuerit nec ego tan  
tū potueri sperare. Hortabant⁹ multi cācellariū.  
curaret pr̄sus vt manerē neue quouis me pacto ab  
se dimitteret: futurū me magno vsui studiis multo  
rū. multos & diligētes auditores habiturū: & ho  
nesta me laborū premia manere siue auditorū p̄se  
ctū siue lucr⁹ siue principis gratiā spectare vellem  
siue simul oīa quecūq; modesti homīs voto suffi  
cerēt neq; mihi defutura Cācellarius itidē oīa que

15.  
Theodoricus illius noſe antea ad me ſcripſerat co-  
ram pollicebatur Noſcere ſe aīm meū dicebat, vt  
cupidus eē libertatis, nec facile alieno me impio  
addicerē. Victurū itaq; me domi ſua meo more,  
meo arbitrio eque ac ſi in mea eē, Nihil oneris ſe  
mihi iniuncturū niſi quo ſtudia eius ſi qua poſſem  
iuuarem, cui rei certum haberet me haud grauate  
operam præbiturū. In reliquis vt mihi aptiſſimū  
videretur facerem, irē redire cuncta ex animo meo  
verſarem. Quā ego maxime pro mea volūrate vi-  
uerem, am id illi gratiſſimū futurum. Quid mul-  
ta: Puduīt tandem tam multis liberalibuſq; polli-  
citis: tāq; multorum deſideriis claudere me aures  
& vltro pferenti ſe fortunæ ſubducere ſinū. Ita q̄q;  
nec ad id venerā nec eā ſpem attulerā mecū, ceſſi  
tamen & exorabilem ea in re me prebui, quā ipſe  
ſane (vt verū fatear) ſummo ſtudio orare debuerā  
Dixi rediturū me in patriā & cōpoſiturū res meas  
deinde Aprili vel Maio mēſe, cū aptius iam facien-  
do itineri tempus eſſet eos me repetiturū, niſi que  
neceſſitas vel quod equā neceſſitati habeat excuſa-  
tionem interuenerit Haccōditione diſcedens, quū  
in itinere eſſem veniſſemq; nauī ad id oppidum qđ  
vulgus Baccarachū vocat ego quia priē nobilitas  
tis vinū Rhenēſe illic puēit ob hoc velut Bacco ſa-  
crū Bacci aras veteres id vocaſſe puto. Illuc ingreſ-  
ſuro nauē mihi nūcius occurrit, quē deditiſſimus  
tibi Ioānes rinck tuus p̄cipiti feſtinatione in id mi-  
ſerat, redditq; mihi vt prædixi quaternas litteras  
tuas nūcias certe, aī amorisq; erga me tui Noti q̄



dem mihi atq; perinde iucūdi & maximopere desi-  
derati Quibus litteris quantū sim per motus hinc  
conicias licebit. q; plectis eis oīm eorū que hacten-  
us tibi tā verbola molestaq; narratione recensui  
fueri oblitus Et oblitus ppe eius qd̄ parum deest  
quin facturū me spopōderim id est re dītūrū me vñ  
de discessi. Quū eode vespere ad cōfluentes venissē  
correpta subito charta epistolā exaravi ad Pliniū  
meū. qua plane dubium eum incertūq; animi mei  
reliqui vt qui ipse non possem tam propere cōsti-  
tuere qd̄ facturus essem. Addidi tamē quū Colo-  
niam venissem ibi ex amici cuiusdam sentētia quē  
illich haberem prudentem admodū hoīem & amā-  
tem mei consiliū me sumpturū Simulq; binas lit-  
teras tuas intra illius epistolam cōplicui: quo pla-  
nius omnia prospicere posset Post hec vt veni Col-  
loniam cōtulī cū vno aut duobus familiaribus cō-  
silia & q̄tum potui omnia expendi. eligiq; an opti-  
mum nescio fortuna viderit: certe non qd̄ mallem  
sed quod illis maxime probabatur. Qua de re has  
ad te litteras dedi octauo die q̄ tuas acceperā. Qd̄  
ergo p̄tinet ad id quod ab senatu Anduerpiēsī mi-  
hi offertur: & tu vt accipiam enixissime oras: vellē  
suauissime Iacobe: si quid aliud in omni vita: amo-  
ri certe beniuolentiāq; tuā morē gerere: & q̄cūq;  
possem in re animo tuo obsequi. Cuius animi mei  
quū possem indicia multa colligere & proferre ge-  
nus vitæ nostræ: animosq; earundem artiū studio  
concordes: officia beniuolentiā obseruantiamq;  
item erga me tuam: meum etiā in te amorē meū

Studium: debitum quidem: cum his ipsis meritis in  
 me tuis tum certe tibi ipsi id est virtutibus tuis & in  
 genio pulcherrimarum artium ornamentis expo-  
 sito. Verum vt hec missa faciam. vnū hoc satis ma-  
 gnum testimonium mihi esse arbitror huius mee  
 voluntatis: q̄ superiore anno tantopere concupiui  
 operam meam reipublice vestræ locare & id fere  
 preter morem meum propensius & maiore ambi-  
 tu expetebam: si modo id quod vsus rerum mearū  
 poscere videbatur hoc est centū coronatos voluis-  
 sent de publico dare quū tantis monitis: suasibus  
 impulsu: & quod superbum est dicere sed tu verū  
 dicere me nosti propemodum blandimentis & p̄-  
 missis vir amplissimus & honestissimus Cancellar-  
 rius Burgundie vt aule me Maximiliani inserere  
 pollicere nequirit. Quid tu oppidi ne vestri pul-  
 cherrimum quidem illius: sed tamen qualemcūq̄  
 aspectū. tāti fuisse mihi putas: an iocundio rem ho-  
 minum consuetudinem que prope nulla mihi ad  
 huc parata erat an lucrū: quod maius etiā vberi-  
 usq̄ neglexeram q̄ hic vel peterem vel sperarem.  
 Quid ergo? Libera studiis quies: & tu inq̄ tu stu-  
 diorum socius Quem ego in laudē meam educare  
 & vt illustres artifices solent: veluti prestātius qd̄  
 dam diligentie meę monumentum relinquere cu-  
 piebam Hec erāt cur tātopere habitare Anduer-  
 pię desiderauerim Quare igitur inquis nūc quod  
 dat nō accipis: Primū nō est id iā liberū mihi quū  
 alteri promiserim. Quāq̄ autē fidem meā nōdūq̄  
 eo nodo astrinxerim que nequeam expedire si res



poscat: ille tamen velut promiserim: hanc sibi non  
aliter accertam induit persuasionem. Quā frustra  
ri me non minus mihi esset durum q̄ fide fallere in  
honestum. Deinde etiā non datur quod petebam  
Dat̄ schola res acerba; difficilis; morosa; aspectu  
īpo accessuq; tristis & dura: vt que flagris lacrimis  
eiulatu; perpetuā carceris faciem præ se ferat Qd̄  
si cui alii rei huic vel maxime nomen a contraria  
verbi interpretatione potest inditum videri. Gre/  
ci enim scholā id est ocium dicunt latini ludum lit/  
terariū vocant eam; quū nihil sit aut ociosum mi/  
nus, aut seuerum; & ab omni ludo magis abhorres.  
Rectius sane græcus comicus Aristophanes qui  
phrontisteriū id est curarum locū appellat. Scho/  
lam ergo ego: Vbi tempus impartendū studiis;  
vbi ocium, vbi quies ad aliquid inueniendum vel  
excudendum necessaria. Vnde vna aut due hore  
vt scribis explicādo authori alicui impēdenda; cū  
præcipuā temporis partē cura puerorum ad se vo/  
cet; & vsq; adeo omnem tollerantiā magistri con/  
turbet vt quicquid temporis reliquū est non tam  
studiis tribuere possis q̄ vt resp̄ res atq; mentē re/  
sumas At possum remissione illam sollicitudinē cu/  
rare Possum quidē; sed si ego negligēs fuero quis  
tandem ministrorū diligens erit? Quasi vero quū  
ego cuius negocium geretur curam atq; operam  
laxaui; alius cui licet etiam meo periculo segni  
esse sit vigilantius partes suas executurus. Ego ita  
puto; primam prudentiæ partem esse; etiam atq;  
etiam videre quid suscipias. Proximā quod susce/

17  
pisti: gnauiter administrare. Id vero quod tu in p̄/  
cipua lucri parte numeras: honestorum ciuiū mu/  
nificentiam: qui explicādo alicui authori vnā aut  
duas horas sibi in diem poscerent: haud sane satis  
paratum illi rei futurum esset ocium: quoniā prae/  
cipua diei pars cum pueris terenda esset. Quod  
si huic etiā spei satis tuissem ausus incumbere ma/  
luissem eam conditionem superiore anno accipere  
& nunc quoq; eam solam q̄ ichole cōiunctam mal/  
lem. Sed res est fluxa: labilis incerta. Primo enim  
feruore id quod sepe in aliis expertus sum multi  
se proferunt: deinde vbi vsu res parumper refrixit  
& ille primi ardoris impetus elanguit: quosdam  
alie occupationes auocant: quosdam facietas cap/  
pit: que ardentissimis plerumq; desiderijs prōxi/  
ma est. Nonnulli numerum sequuntur: & quod  
facientes alios vident recte fieri putant. Alium la/  
bor alium merces grauat. Sic fit vt ex magno sepe  
numero vix quartus quisq; quintusue remaneat  
Tandemq; opera luditur vt nō vnq̄ grauis ere do/  
mum mihi dextra rediret. Possum ego tibi iādu/  
dum cōmunis hominum sensus ignar⁹: & expertus  
omnis humanitatis videri: vt qui deberē pro mu/  
nere vltro oblato mihi gratissimum ostendere me  
& id honestioribus verbis prosequi & laudib⁹ ad/  
ornare: nunc insecter illud & propemodum contē/  
nā. Faterer profecto & hanc culpam agnoscerem  
nisi propositum esset mihi malle tibi fidē beniuo/  
lentiae meae probari quā laudari orationem: vt q;  
Intelligeres tantum apud me valere amorem desi/



deriumq; tuum; vt quum videres in re ipsa parum  
momenti esse: propter quod expetere eam tãti pu  
tarem. tu tamen vnus pro omnibus facile mihi sa  
tisfaceres Et quod causis negaturus essem id tamẽ  
haud cunctanter beniuolentiã tuã tribuere vel  
lem nisi prior ille me occupasset: qui sibi tantũ iu  
ris in pectore nostro vendicat quantũ tibi cõcedo  
Nunc quoq; nisi itinera vbiq; armatis inessã es  
sent: & omnia bellũ occuparet: venissem ad te: co  
ramq; pro te satisfecissem his quibus venturũ me  
promisisti: ostendissemq; facile te & hoc et quod  
uis aliud apud me potuisse conficere: nisi eo tẽpo  
re mihi litterẽ tuã reddite essent: quo non possem  
ipẽ iam qđ vellem de me amplius polliceri. Quod  
possum aut̃ suauissime Iacobe maximas tibi vber  
rimasq; & habeo & ago gratias pro hac tam dili  
genti enixa cura rerum mearum: q; intelligo te oĩ  
opera: omni studio conari: vt quacunq; posses ali  
quid semper velles incrementis meis astruere. De  
inde nihil eque cupio q̃ dari aliquando tẽpus mi  
hi atq; facultatem: quo possim honestissimis illis  
viris qui tuo de me iudicio amoriq; crediderũt: &  
hoc munere auctũ ornatumq; me voluerunt: gra  
tus & tanti memor beneficiũ videri. Quod scribis  
tuo more iocans: esse eas que maiore expectatiõẽ  
aduentus mei teneant q̃ si dux Karolus domũ ali  
quãdo esset rediturus: id tale est vt magis audire  
me delectet: q̃ credere libeat. Sed de Karolo quan  
do in eius mentionẽ venisti: quia oĩbus locis mul  
tus est variusq; de illo sermo: & quidã est qui ma

18  
gna vulgi persuasio Karolus esse creditur: q̄ Bruxel  
le quod lueuie oppidulum est: genus vite supra hu  
manum morem horridum atq; asperum: peragit:  
scito fuisse me plus octo diebus loco: qui vna tan  
tum mila ab eo distat oppido. Et iuissem eo allo  
cutusq; hoīem fuissem nisi grauiiores viri & quib?  
res exactius poterat esse cognita affirmassent mi  
hi Karolū eū non esse. Deinde rediens in naui cas  
su in colloquium familiaritatēq; cuiusdā insinua  
ui me qui triginta amplius annis domus Burgun  
die minister fuerat. Is se dicebat apud Nanciū po  
strema illa clade que accepta est ordines duxisse &  
captum fuisse cū multis: & Karoli corpus sine vl  
la dubitatione certissimisq; signis illic agnitū se  
pultumq; esse. Preterea se cū hoc viro longum ha  
buisse colloquiū sed & illū constantissime negare  
Karolū se esse: & neq; staturam: neq; loquēdi non  
dico sonum qui mutatur multis casibus sed habi  
tū & formā illam verborū cōuenire: Deinde barb  
bam huic modicam esse que Karolo latissima erat  
Hūc rudes & crassas prorsusq; rusticas habere ma  
nus quū karolo teretes atq; subtiles essent. Præte  
rea neq; cicatrices neq; reliqua quecunq; essent si  
gna conuenire itaq; si qui illa spe teneantur dece  
ptum eos iri & vanam esse exitu inuenturos. Vul  
gus tamen (qui mos illius est libentissime incredi  
bilis quasi comperta & loqui & credere) constan  
tissime: hunc karolum esse asseuerat Sed vt finem  
aliqn̄ faciam epistolæ: quia res publica vestra pue  
ris suis & tenere illorū primeq; ætati præceptorē



querit. suntque eis velut fundamēta totius reliquæ  
vitæ iaciēda & instituēdi molles eorū & anni & ani  
mi qui facile dirigentis manū in oēs flexus sequun  
tur. vt que ab inicio bene secusue formati fuerit ita  
deinde omnium studiorum fere omnis future æta  
tis spem de se præbent admonebis ciues & quā  
tum poteris hortabere: vt non splendidos titulos  
nec grandia nomina: nihilque huic cure pfectura se  
ctentur: hoc est vt Theologū aliquem vel Phisicū  
quem vulgo artistā vocant huic rei perficiāt. Qui  
quum videant multa sibi de omnibus rebus posse  
dicere: dicere ipsum nescit: vt qui litterarum & lo  
quendi rationem & leges ignoret. Quidē Theo  
logus vel phisicus in litterario puerorū ludo: Pro  
fecto (vt græco diuerbio vtar) id ipsum quod canis  
in balneo. Querant ergo vbicunq; possunt aliquē  
qui vt apd Homerū Phoenix Achillis ille magister  
docere possit dicere & facere: cumque si inueniant  
omni sibi parent mercede. Nec enim consilium est  
eis de re vili atque contempta sed de filiis suis: quo  
rum vtilitati futureque vite omnis illorum labor  
inuiolat. In quos vt bona sunt hæreditate trans  
missuri ita vitam si possint transfundere velint.  
Quorsum autem hec omnia eis? Si sic instituan  
tur vt fere sint his ipsi indigni: adde que vt filiorū  
illis: sic prime in filiis ætatis exactissima est illis ha  
benda cura. Que quemadmodum omnium que tra  
duntur capacissima est: ita omnium que cepit siue  
profutura siue noxia sint tenacissima. Nō est autē  
de re illa diligentius statuendum quā que post se fat

9

cillimū penitentie locum & difficillimū ad melio-  
ra regressum relinquit Sed finis sit Habes magnā  
& molestam epistolam cuius longitudini ante q̄ to-  
tam perlegas quater irasceris scio. Volui autē pri-  
mum paria tecum facere: quūq; tu multas ad me  
litteras dedisses nequirem q; itidē multas ad te da-  
re: statui multarū numerū vnus huius magnitudo  
dine equare. Deinde visum est mihi q̄ plenissime  
reddere tibi rationem rerum mearum: quo ferres  
equiore animo: si quod tu cupis: & ego quia cupis  
ob id ip̄m maxime vellem: cogerer tibi negare. Pos-  
tremo iuuit me fabulari tecum: & oīa nō dico que  
in animo habebam (illis enī nō libet nedū hee lit-  
tere sufficerent) sed que vna epistola cōplecti pos-  
sem: ea profundere apud te & in amici pectore col-  
locare. Vale. Iudocū Besseliū hūanissimū & orna-  
tissimū hoīem & ornamentū musarū oīsq; erudi-  
tionis si quādo poteris meo noīe accuratissime sa-  
luta. Nicolao hage plurimā itē salutē ex me dicitur  
to. Festiuū etiā corpusculū illud & faceciarū le-  
porūq; omniū arculā amores tuos scis quomodo  
meo nomine salutabis. Sed heus tu: pene hoc ob-  
lituserā non possis credere quantū mihi placue-  
rit simplex illa puritas & integritas litterarū tua-  
rū. Studes video: recte facis: laudoq; te. & vt insi-  
stas moneo prorsus hortorq;: & preceptorem quē  
tibi occasio rerū negat tuo studio tua tibi diligen-  
tia teip̄m præbe. Iubeo bene te sperare Noui enī  
ingenium tuum: nihil erit quod id diligenti cura  
non efficiat: quodq; non intento studio peruincat



Iterum atq; iterum vale. Datum Colonie kalendis  
Nouembris. Anno. lxxxii.

¶ Eiusdem Rodolphi Agricole Phrisii / De for-  
mando studio. Epistola elegantissima.

Rodolphus Agricola Iacobo Barbiriano  
suo. Salutē plurimā dicit.

Edi Colonia discedēs litteras Ioāni Rin-  
co cōmuni amico nostro quas tibi redde-  
ret. quibus litteris epistolæ tuę paucis: vt  
tum tempus ferebat et festinatio mea patiebatur  
respondi. Respondi vero eis que & negociū minus  
habebant. & te quoq; certū habeo minoris fecisse  
Nam quibus ego maluissē. queq; te magis expe-  
ctasse scio: prorsus tibi vt responderem. id tem-  
poris non vacabat. Scribis suauissimē Iacobe.  
idq; optas dari tibi facultatem degende mecum  
vitæ: quo posses: id quod maxime cupis. velut du-  
ctu auspiciisq; meis studia tua instituere atq; for-  
mare. Vellem equidē tante mihi eruditionis tam  
magni in litteris doctrinisq; vsus conscius essem:  
vt istud tam iure meritoq; deberes cupere: q̄ te scio  
vere id atq; ex animo optare. Hortarer te vt reb<sup>9</sup>  
oibus relictis. quecunq; vel vtilitatis specie te de-  
uinciūt: vel voluptatū illecebris blandiūtur: eru-  
ditionē studiaq; me duce sequerere. Et incisis<sup>1</sup> om-  
nibus vel abruptis etiā vinculis. quib<sup>9</sup> alligat<sup>9</sup> te-  
neris: prona præcipitiq; ad optima tenderes via.  
Facerē id nō modo tua causa, cuius maxie & debe-

rē & vellē Sed & mea quoq; quū sparē tantū noīs  
 opinioīsq; apd multos cōsequi posse. tantūq; fuisse  
 me plerisq; psuasū iri. q̄tū te monitis præceptioeq;  
 mea factū viderūt. q̄tūq; fieri te posse exploratū ha  
 beo. & de te ingenii vis: amor studiorum. natureq;  
 tuę felicitas mihi promittūt. Nūc quū ad nullam  
 tantā spē mei vocare te possim: que vllō incōmodo  
 rerū tuarū tibi sit redimēda: reb<sup>9</sup> ipsis pareamus  
 oportet. vtq; optabile nobis eēt: si vnum aliquē in  
 locū nos felicior casus cōtulisset. sic hoc desideriū  
 nrm ē nobis hac cōmoda rerū tuarū cōditioē leniē  
 dū & iucūdiſsima putāda: que optima sūt. Vt tñ in  
 terea p̄ceptoris apud te munere fungar. Et pl̄as q̄  
 dat ostendā: q̄ rōe tibi putē studia tractāda. paucis  
 & q̄tū epistole capit angustia qđ optimū: cenſeo ex  
 plicabo. In studiis formādis duo p̄cipue spectanda  
 crediderī. prius: qđ studiorū maxie genus cuiq; se  
 ctandū sit. Deinde qua rōe q̄s in eo qđ elegerit: plu  
 rimū efficiat. De vtroq; ordine dicā. Studiorū ge  
 nus alteri necessitas vel rez vel nature suę assignat  
 Alter volūtate sua ad id qđ optimū: cēset: sese adiū  
 git vt enī cui angustior res familiaris cōtigit: eas  
 tere seqt artes. vnde p̄mptissimū putat posse neces  
 sitatibus suis p̄sidiū se parare. Vt etiā cui ſegnior  
 natura: obtusior mētis acies ē: si modo pdere nolit  
 operā: ea seq debet: nō que maxie cupit. sed que re  
 ctissime p̄t. Sic is cui facultatū vberior copia. & fe  
 licior īgenii vis tributa ē: nimirū errabit si nō to  
 tis viribus ad optiā fereat. Qñq; ad sūma p̄tingere  
 possit: malit inter ſecūda poti<sup>9</sup> terciāue subsistere.



Ergo ciuile ius alius / alius pontificū sanctiōes: alius  
us medicine artē discendā lumit / Pleriq; etiam lo-  
quaces has & inani strepitu crepitātes: quas vulgo  
artes iam vocam⁹ tibi vendicāt Et perplexis dilpu-  
tationū ambagib⁹ vel etiā (vt verius dicā) enigma-  
tibus diēterunt Que tot iā seculis nullū inuenerūt  
œdipodē qui ea solueret Nec inuentura sunt vnq;  
Huis miseris adolescentiū onerant aures, hec sub-  
inde ingerunt inculcātq; Et in plerisq; meliorē in-  
geni spe atq; frugē in teneriorib⁹ adhuc annis ve-  
lut in herba enecant. Laudo eas omnes tamē plus  
certe laudatur⁹ si recte ordineq; tractarentur. Nec  
enī tātū desipio vt solus dānem quas tā multi lau-  
dant. Quid ni laudē verō: quibus videam multas  
summas opes amplissimos honores / auctoritatem  
phamā / dignitatē consecutos Et quas certe vendi-  
biliōres (vt Ciceronis verbo vtar) scīā. Et plane fa-  
tear aliis nōnullis quas steriles & ieiunas vocāt vt  
que magis possunt aīm explere q̄ archam. Si luci-  
rationem itaq; ducis habes ex illustrioribus illis  
aliquā quā sequaris vt diues fias dum tamen scias  
hanc laudē vt contingit tibi cum feneratorē fore  
communē sin rectius credis que honeste sunt pro-  
pter se expetere & quas habet facultates suffectu-  
ras putas modestie tue / quandoquidē imodestie &  
q̄tūuis parue nimie sunt Et q̄tūuis magne nō suffi-  
ciunt. Censeo vt ad philosophiā te conieras hoc ē  
euitaris vt recte de rebus oībus sentias et que sen-  
tis cōmode vt possis eloqui. Sentire autē recte du-  
plex est p̄inde & duplex cōditio rerū quas inquiri

mus. alie namq; res ad actiones moresq; nostros p-  
 tinent. quibus omnis ratio vite recte riteq; degen-  
 de continetur quã philosophie pars ea que mora-  
 lis vocatur tradit. huius prima nobis & præcipua  
 habenda est ratio: hec aut est petenda tibi nõ mo-  
 do a philosophis: qui litteris eam tradere. vt sunt  
 Aristoteles. Cicero. Seneca: & si qui sunt alii vel  
 latini vel latine ita redditi. vt digni sint qui legã-  
 tur. sed ab historicis etiam & poetis & oratorib;  
 quoniam hi & benefacta laudando: & que contra  
 facta sint vituperanda. nõ docent quidem: sed qd  
 efficacissimum est. exemplis propositis que recte  
 secusue fiant. velut in speculo ostendunt per hec  
 gradus ad sacras litteras faciendus est. & ad illaz  
 præscriptum dirigendus vitæ nobis ordo saluber-  
 rimisq; illis ducibus de nostra salute credendum.  
 Reliqua oia aliorum tradita plus minusue erro-  
 ris tamen habent admixtum aliquid. neq; eni con-  
 tingere potuit eis vt rectum & nulla aberrantẽ pte  
 cursum vitæ instituerent. qui quis esset vitæ prepo-  
 situs finis aut nescirẽt: aut veluti per nubem spectã-  
 tes suspicarent. dicerentq; constantius: q̃ crederẽt.  
 At sacre littere tã longe ab omni errore remote. q̃  
 qui eas tradidit deus. he sũt que sole nos certa soli-  
 da rectaq; ducãt via queq; oĩ discussa caligiẽ sequẽ-  
 tem se non falli. non excidere non vsq; aberrare par-  
 tiantur. Sunt & aliæ res quarũ cognitio magis ad  
 ornamentũ animi nostri honestãq; voluptate: q̃ ad  
 necessariũ utiq; vsũ ptineat. cuiusmodi est ois dis-  
 putatio de natura rerũ. multiplex certe variumq;



negocium & multipliciter quoq; a multis summo ingenio facundiaq; viris tractatū, que vt non neces- saria sit ad boni viri mentē formandā effingendāq; non parum tamē contulerit vel eo, q; vbi hęc cura perquisitioq; rerū bona fide sibi cuiusq; vendicauerit animū nullū sordibus vilibusq; curis locum relinquit deinde q; docet cōtēnere atq; pro nihilo putare ea ad quorū conspectū vulgus stupet, per quorum possessionē etiam eis qui felices putantur miseretur quando ostēdat q̄ vanis oīa futilibusq; cōstent causis, dicatq; nullam rerū naturæ posse perniciem cōtingere maiorē q̄ si omnes eius vel sordissime partes tales fiant; quales nunc sunt aurū, gemęq; quibus publica humani generis infamia lūmum esse præciū voluit, postremo quia quando intelligimus hac monstrante fragilis huius caduciq; corporis nostri habitum omnibus casib; obnoxiiū discimus oēm curam nobis ad animā esse transferendam, hancq; excolēdā, in qua nulla nobis opera frustra aut peritura colatur, quippe in quā qcqd collatum sit, immortale sicut ipa est, eternumq; sit mansurum. Trauseo multa neq; enī epistola esset sed voluminis opus omnia complecti, que in hanc possent sententiam dici, hoc satis est ostendisse qđ tute minime ignoras dignam hanc ptē esse studiorum, in qua viri boni mens elaboret nec ego aditum tantū primaq; initia harū artium percipere te velim quod nunc vulgo in scholis fieri videm; quodq; tu pridem cum magna laude pulchre prolixęq; præstitisti, sed res ipsas attingendas censue-

rim iam terrarū. marium. montiū. fluuioꝝ situs  
 & naturas. gentiūq; in his mores. terminos condi-  
 tionem. Imperia vel accepta vel plata. iam arborū  
 herbarumq; vires quas Theophrast<sup>9</sup>. iā anī  
 mātiū historiā. generationē partes. quas Aristotē-  
 teles litteris mandauit: perquirendum. quid dicā  
 que de re rustica tractata sunt: quidq; de medicā  
 alius rem militarem: alius architecturam. ali<sup>9</sup> pin-  
 gendi fingendiq; rationē conscripsit. quas artes tā  
 etsi non lum nescius non intra partē eam discipli-  
 narum claudī que rerū naturam scrutatur. tamē  
 quia cognate sunt illi. & ab eisdem fere pdeūt fon-  
 tibus non est q; uunc in eo magnope sim sollicitus  
 quando ad eundē ordinem redigendas putem. hęc  
 ergo oīa que dixi & ad mores nostros & ad rerum  
 naturam pertinere. ex eis discenda tibi sunt aucto-  
 ribus. qui rebus cognitu dignis clarissimū eloquē-  
 tie lumē addiderūt. vt vna opa & rerū noticia tibi.  
 & qđ post eā pximū feci. cōmode eloquēdi. o cōtin-  
 gat. q̄ qđ de re scis multa a sūmis viris tradita eē  
 pcepta. qđ tñ ad corruptā institutionē loquēdi emē  
 dādā ptinet quā pueri in scholis accipim<sup>9</sup>: hui<sup>9</sup> mi-  
 hi admonē<sup>9</sup> videris. fac suspectū tibi sit qcqđ ha-  
 cten<sup>9</sup> didicisti. dānes oīa. atq; abiicienda putes. ni-  
 si meliorū auctorū testimonio & velut decreto rur-  
 sus i eoz mittaris possessionē. p̄terea qcqđ ap̄demē  
 datos auctores leges. vtilissimū fuerit idipm q̄ ma-  
 xime propriis & idem significantib<sup>9</sup> verbis redde-  
 re vernaculo sermone hac enī exercitatione asses-  
 queris. vt quotiens dicendum tibi aliquid scribent



dumue fuerit, quando cōcipiendis verbis apud aīm  
tuū sese quo natura fert vernaculus sermo protule  
rit, statim quoq; latina verba iam pridē illi hoc vsu  
accommodata sequātur. Ad hec quoq; si quid scri  
bere voles optimū erit idipm q̄ plenissime rectissi  
meq; patrio sermone intra aīm tuū formare, dein  
de latinis pure proprieq; id significantibus explica  
re sic fiet vt omnia aperte & q̄ maxime plene dicā  
tur, omnes enī si quid in dicendo est vitii, facillime  
in eo perspicimus sermone ad quē sumus nati, & si  
quid vel dilucide parū, vel breuius q̄ cōueniat: vel  
contorte nimīū nec satis cū re propolita coherens  
dictum fuerit: in eo sermone expeditius annotabit  
quisq;, quem notissimū habebit. Postremo vt hūc  
locum concludā quicquid eris scripturus, des ope  
ram vt q̄ purissime id recte tantum latineq; inter  
initia eloquaris, ornate dicendī posterior erit cu  
ra, quod cōtingere certe nisi sana & integra sit ora  
tio non potest, euenit enī eloquentie quod corpori  
in quo si non oīa membra sint suo quodq; loco dis  
posita, si licet a recto habitu detorta, si magnitudi  
nis suæ modum egressa, frustra illi circūdederis or  
natum, pugnabit enī cum ornamentis suis corpus  
& illustriorē deformitatē eius decor extern⁹ faciet  
illi cōparatus. Sed de hac parte que tibi studia po  
tissimum lectanda putem hactenus. ¶ Reliquum  
est vt dicam: quo pacto plurimū in studiis fructus  
consequaturū te credā, alius aliter fortasse, ego ita  
sentio, quisquis in percipiendis doctrinis cupiet di  
gnum aliquem laborum fructum adipisci illi tria

esse præcipue præstanda. vt plane recteq; percipiat  
quod discit. vt fideliter qđ precepit cōtineat. vt &  
ex eo aliquid ipse deinde parere proferreq; valeat  
Primū diligentis lectionis est opus secūdum fide  
memorie. terciū assidue exercitationis. In lectione  
id conandū in primis est: vt id quod legimus q̄ ma  
xime fieri poterit intelligamus & penitus habea  
mus perspectum. nec rem tantū que traditur sed &  
verborum in disertis auctoribus vim. proprietatē  
structurā ornatumq; perspiciamus. quis decor. qđ  
pondus sententiarū. que vis explicandi & res reco  
ditas proferendi verbis: & velut in lucem conspe  
ctūq; protrahendi. nec tamen istud eo pertinet vt si  
vel per se obscurior vel nobis ignotus occurrerit  
locus. statim resistendū illic nec progrediendū vlt  
tra puteimus aut quod nōnulli: statim proiciamus  
librum: damnemusq; studia & ingenium nostrum  
deploremus diligentia enī non indignatione ad p/  
fectum est opus. transeundū ergo si quid erit intel  
lectus non possit erui. & in aliud reseruandū tem  
pus. donec vel homo vel liber nobis contingat qui  
id aperiat vel alia lectio: qđ crebrū est doceat. dies  
enī (q; dicere soleo) diem docet. Quod si Quintilia  
nus inter virtutes grāmatici numerandū putauit  
aliqua nescire. quantomagis nobis vt non dicā ne  
cessariū saltem cum venia erit nōnulla ignorare.  
nolim tamen videri cuiusq; desidie patrociniū me  
his cōmemorandis parare nam cōtra videor mihi  
nulla re alia cuiusq; studium posse vehementi<sup>9</sup> ac  
cendere q̄ se ostendam ipsam sibi lectionē aperire



viā. & omnē legendi laborē legendo superari. Proximū ē vt memoria firmiter quod accepit asseruet constat autē memoria in primis natura. ea tamen adiuuat arte: quā alii qdē aliter tradidere. sed sic tamē vt sūma rerū eodē fere redeat. eā artem duobus maxie vsibus accōmodā arbitror. aut enī subito dicendū est & maior aliquis rerū numerus cōmemorandus in quo periculū adeundū est ne vel ordine vel numero distituamur. vt quū legati apd principē aut senatū aliquē vel pponim<sup>9</sup> petita nostra vel partis aduerse cogimur respōdere postulatis tūc certe ob hāc artē comodissime p̄sidiū petet<sup>9</sup> aut qn̄ exercere mēoriā volumus: id hac viā facile & q̄ minima molestia facere licebit. qd̄ sane ad memoria firmandā vtilissimū esse & Quinti. auctor ē. & rei vsus si quis experiri volet: expedite docebit. si quod aliud enī: mēoria vel maxime est: q̄ creber vsus auget: quāq; incuria negligentiaq; destituit. In iis vero que ppetuo aīo n̄o cupim<sup>9</sup> herere. optimū cōtēderi eē q̄ intētissima cura primū cōplecti ea deinde q̄ creberrime ab aīo nostro reposcere & subinde admonēdo eū ad fidē p̄standā cogere postremo vt animo vacuo: & q̄tū dat<sup>9</sup> ab aliarum curarū turba ocioso id agamus quod quidē in actionibus oībus & negociis: quicqd̄ id est qd̄ vlla parte nostri fieri debet exploratū est. vt nemo plurib<sup>9</sup> eque sufficere possit. ingeniū certe id est quod vbi intēderis (vt inquit Salusti<sup>9</sup>) valet. quod ei in multas deducto curas cōtingere minime pōt. Tertiū ē & quod pposuerā postremū quo pacto ex iis que

discendo pcepimus ipsi excudere aliqd proferre q;  
 valeamus. neue studia nostra apud aīm segnia: &  
 (vt ita dicā) sterilia reponant. sed qđ semina solēt  
 in terra cōdita fructū aliquē vberiorē cū fenore p  
 fundāt. amplius copiosusq; ē hic locus. & dignus q  
 plurib<sup>9</sup> diceret que p ego aliquādo exactiori cura  
 mihi puto dicendū qñ hic p̄cipuus esse videt lōgi  
 laboris sollicitudinib<sup>9</sup> istudia collate fructus. q; ū  
 nihil ip̄i ad posteros mādare poterim<sup>9</sup> nihil extra  
 ea que didicimus ad p̄sentes p̄ferre: quid tādem in  
 ter librū & nos itererit: nisi quia liber qđ ē ea que  
 semel in illū cōgesta sūt bona fide semp̄ seruat red  
 ditq;. nobis vt quæ accepim<sup>9</sup> cōtinere possim<sup>9</sup>: ite  
 rāda sūt toties: & subinde in aīm inculcāda. Cōple  
 ctitur sane loc<sup>9</sup> hic duo. quorū vtrūq; per se qñ sit  
 magnū: cōiūcta certe plurimū in studiis laudis me  
 retur. horū alteram est: vt que didicimus in vsum  
 prōpta habeamus. & vbicūq; res postulat parata  
 plerosq; enī videas: q; qñ multa didicerit: multorū  
 habeāt memoriā. vbi p̄ferendū tñ sit aliqd eorum  
 tñ nihil succurrat eis: nihil queāt meminisse. adeo  
 sciūt quidē: sed idip̄m scire se nesciūt. alterū est vt  
 ex eis que accepim<sup>9</sup>. ip̄i p̄ter hec inuenire aliqua  
 possimus. & cōficere que nobis asseram<sup>9</sup>. nostra q;  
 eē queam<sup>9</sup> affirmare. duo sūt autē: que p̄cipue huic  
 p̄ti pro futura crediderī. horū vnū est. vt certa que  
 dam res capita habeam<sup>9</sup>: cuiusmodi sūt virt<sup>9</sup> viciū  
 vita mors. doctrina. Ineruditio. beniuolētia odiū.  
 & reliq; id gen<sup>9</sup>: quorū vsus fere cōis ad oīa & tanq̄  
 public<sup>9</sup> sit hec crebro iterem<sup>9</sup>. & oīa q; didicim<sup>9</sup> q;



tum fieri potest: certe quecūq; discim⁹: ad ea redi-  
gamus: vt repetendis capitibus illis. ea quoq; que  
ad ea redeimus repetantur. sic fiet tandem vt oīa  
que discimus certa nobis presentiaq; & prope sub  
conspēctu maneant. poterit autē persepe vel exem-  
plū vnū vel vna sententia. in multa capita cōferri.  
vt quod de vi illata lucretiē apud Liviū est. primū  
de pudicitia: quāti scilicet ea faciēda sit. cuius dā  
num Lucretia morte putauit pensandum. post de  
pulchritudine quantorū malorū ea sepe sit causa  
quātū etiā pudicitie ab ea periculi sit. iam de mor-  
te vt ea mala non sit habēda. quā Lucretia impu-  
dice vitæ pretulerit. hinc de libidine quas elades:  
que bella ea mouerit. vtq; etiā ingentia mala ma-  
gnorū saepe bonorū prebeāt cām. quando ex eo sce-  
lere populo Romano sit libertas quesita. Sentētia  
iudē diuidetur. vt est virt⁹ placitis abstinuisse bo-  
nis. ad virtutis caput duces. dicit enī virt⁹ est placi-  
tis bonis abstinuisse. duces ad caput boni: nō oīa  
bona expectanda esse. quoniā placitis bonis absti-  
nuisse est virtus. duces ad caput abstinētie quia ab-  
stinuisse plus bonis ē virtus Scdm quod huic par-  
ti adiūmēto erit. id est vt in iis que discimus dilige-  
ter pensimq; verba oīa cōferamus inter se. ex latiori  
quodam tractu explicemus. sumamus exēpli gra-  
tia quod apud Virgiliū ē Optima queq; dies misel-  
ris mortalibus eui. prima fugit Primum optima in-  
quit. qualia sunt putanda bona humana quando  
optima prima sint. eaq; nedum abeant sed fugiāt  
& semper peiorū expectatione torqueant. que etiā

duriora videantur necesse est ex meliorū que præ-  
 cesserunt comparatione, sequitur dies cui, id est vi-  
 ta nostra, ea q̄ p̄ui est facienda; si iugax est, & opti-  
 ma protinus initio velut id in flore consumit; que  
 potest autē esse felicitas in vita quādo qui fruuntur  
 ea mortales necdū sed & miseri sunt, hinc iā miseris  
 mortalibus, quid nī miseri: quorū talia bona sunt  
 talis est vita, quiq; morti obnoxii sunt, postremū ē  
 prima fugit, prima ergo nōdū vsu cognita, nō nul-  
 la perfuntione possētā, vt semp que sequit quā-  
 douis forte per se bona tñ melioris colla iōe dura  
 videatur, fugit etiā, non dimitit nō abire iubet q̄  
 fallax ergo, q̄ incerta, q̄ nequa q̄ nostri iuris aut ar-  
 bitrii est, Quod si quis latius ita & per omnes lo-  
 cos dialecticos fuderit, quatenus cuiusq; natura ca-  
 pax eorū est, Ingens vtiq; copia & ad dicendū & ad  
 inuentendū se præbebit, qđ quomō sciendū sit ma-  
 ius est, q̄ vt epistola id capiat, & copiose est a me ea  
 de re in lex libris eis, quos de inuentione dialecti-  
 ca scripsi disputatū, Quisquis ergo prius id recte  
 & cum cura tractauerit præsertim si rationē diale-  
 ctice inuentionis illi adiūxerit Ingens illi paratissi-  
 maq; de omni fere proposita re differēdi facultas  
 continget, modo ea res illa ex pte ad eas pertineat  
 quas didicit artes, Hocq; pacto veteres illos p̄fes-  
 sores artium: quos gr̄ci sophistas id est doctores  
 vocabant exercuisse se deprehendo: quātū ex Aris-  
 totele, & Platone cōicere licet, atq; ad eam erudi-  
 tionem p̄mptitudinēq; dicendi peruenerūt, vt de  
 qua re audire qs velle p̄poni iuberent, dicerētq;.



quādiu. quantūq; videretur de eo. quod esset propo-  
situm. sic Gorgias leontinus primus tam audacis ce-  
pti auctor. sic Prodicus chius. sic Protagoras abde-  
rites. atq; Hippias eleus & iſtiti. & alios docuere  
At id quod secundum feci; multū iudicii parabit in  
iis: que discuntur. & nouas argumentationes. no-  
uaq; sentētias. aut veteres sed quibus noua facies  
sit inueniet. estq; eiusmodi. vt si stilus ei addatur;  
statim exercere eloquentiā possit. & ad bene dicē-  
dum aditum parare. Sed hæc hæctenus: vt pro re-  
rum cōditione pauca. vt pro modo epistolæ nimis  
multa. vt enim Demetrio phaterio visum est in li-  
bro quæ per hermenias id est de explicatione scri-  
psit epistola que grandior facta est. nō tam episto-  
la dici debet. q̄ liber cuius initio sit salus ascripta.  
verū id vtcunq; estimari poterit. haud ponā i equi-  
dem in magno discrimine. mihi statutū est aliquo-  
modo quocunq; possim. studia tua iuuare. quod  
ipsum si non potero; ostendere tamen vt me voluis-  
se intelligas. quod voluisse vt ī multis que effectū  
exigunt parum est: ita in amicitia cui pro effectu  
est animus. tale est: vt nihil plus exigi. nihil mai-  
preſtari possit. Veni Heidelbergā (vt de meis etiā  
rebus certio rem te faciam) postridie kalēdas maii.  
excepit me episcopus dominus meus benigniter.  
& omnibus humanitatis beniuolentiæq; officiis  
cumulatissime prosequitur. vide ineptiam meam  
queso. vel vt verius dicam stultitiam. constitui dis-  
cere hebraice. tanq̄ non satis temporis & opere in  
pauculis iis græcis quas scio. mihi perierit. Confes

quutus sum præceptorem quēdam intra paucos an  
 nos ad fidem nostram conuersum; cui hebrei etiā  
 in omni laude eruditionis pisciplinarumq; suarū  
 primas deferebant & quem præcipue solebant do  
 ctoribus nostris opponere: si quādo ap disputatio  
 nem de fide vocarentur. hunc episcopus mea caus  
 sa domi sue alendum suscepit: experiar quantum  
 poterō: spero fore: vt aliquid efficiā. & forte vel ob  
 id ipsum efficiam aliquid: quia spero Ioannes rini  
 cus narrarit mihi acerbiorē casum tuū quē pertu  
 tulisti ea parte qua minime voluisses scio. dolui ne  
 scio an vicem tuam: an illi<sup>9</sup> improbitatē. dolui ta  
 men. & elegis aptissimo talibus querelis carmine  
 dolorem tuum prosequutus essem. si modo tā quie  
 tus animo cōpletusq; fuisset: vt potuissem ad scri  
 bendum aliquid coegisse manus aut mētem. Oro  
 remitte ad me aliquid ex iis que ad canendum cō  
 posuisti. sed quod accuratum sit. & cum laude ostē  
 di velis. habemus & hic cantores: apud quos cre  
 bram mentionem tui facio. eorum magister. ix. &  
 xii. etiam vocibus canendos. modulos componit.  
 sed nihil suorum audiui quod trib<sup>9</sup> aut. quattuor  
 vocibus caneretur. quod magnopere placeret mi  
 hi. nec ego tamen animum meum iudicii loco po  
 no. potest enī fieri vt meliora sint: q̄ ego possim in  
 telligere: Vale & me amantissimem tibi persua  
 de. Saluere iubeas meo nomine ornatissimum do  
 ctissimumq; virum Magistrum Ambrosium dine  
 ter Nicolaum item hagam nostrum. humanissi  
 mum virum Magistrum Iacobum Crabbe vi



cinū tuum. In primis vero toto animo deditissimū  
tibi Ioānem rincū suauissimum adolescentē meis  
verbis saluta. Versiculos quos ad te misi postea re  
cognoui. deprēhēdiq; in Anna matre tres aut. iiii.  
mendas q; vicio impressōrum pmutate sunt littere  
eas castigauī: dedi q; ea gratia hunc ad te codicem:  
vt & huius qd apud te eitemendes. hunc autē cū li  
teris da operam: vt reddātur Adam iordano cano  
nico regulari ad sanctum Martinū Louaniū lterū  
optatissime vale date Heidelberge. vii. Idus lunii  
Anno. lxxxiiii. diligēter me & loquacissime fac de  
omnibus reb<sup>9</sup> tuis certiozem per hūc ipm qui has  
tibi reddet.

**R**odolphus Agricola Alexandro hegio suo  
salutem plurimā dicit.

**N**on facile dixerim: quantū mihi volupta  
tis litteræ tne attulerunt: quum qd tuæ:  
id est charissimi mihi hominis erant. tū  
quod intelligo quottidie politiorē te limatiorēq;  
fieri & summā i spem adducor: aut tuo ductu: tuis  
monitis & iſtitutione: aut nullius præterea virib<sup>9</sup>  
cultiores litteras in Germaniā peruenturas: & ar  
cem aliquando occupaturas. ostendi eas dño Vor  
macienſi: qui itidem vt ego Germaniæ noſtræ ſpei  
gratulatus eſt atq; Maſte virtute ſquit. ſic itur ad  
astra. Quod petis: vt Luciani mycillum: quem la

tinum feci: tibi mittam, dedicemq; tuo illū nomī  
 ni, vtrumq; si nō petisses etiam: facturus eram: sed  
 vereor ne tam celeriter illum tibi mittere queam:  
 nondum recognoui: aut e priā sceda illum repur/  
 gavi: adeo ne respexi quidem: postea q̄ traduxi.  
 Occupant me studia domini: quanq̄ parum: quia  
 parum vacat ei: propter multitudinem negociorū:  
 quibus quotidie distinetur, deinde non nihil tem/  
 poris absumit mihi quod prelego publice: tamen si  
 id ipsum satis suspenta peragam manu. Est audito/  
 rum mihi: vt hoc loco: satis frequens: sed tamen  
 sunt eiusmodi fere: qui propensius cupiant hęc stu/  
 dia: q̄ commodius possint, maxima pars magistri  
 sunt aut scholastici (vt nos dicimus artium: quib⁹  
 necesse est omne tempus illis suis cauillationibus  
 impendere, angustissimum & velut subsiciuū diei  
 fragmentum quoddam: in hęc studia patet illis:  
 quo sit, vt ipsi minus possint, & ego segnus coner,  
 ergo hęc que dico: q̄q̄ leuiter quidē: occupant me  
 tamen. Accedunt: preter latiua & græca: que mi/  
 hi quocunq; possum modo tuenda sunt quanq̄ &  
 non nihil damni in eis me facere intelligo: sed ac/  
 cedunt ad hęc (vt dico) studia hebraicarum litte/  
 rarum: quæ mihi nouum & plenū molestie nego/  
 cium exhibent vt mihi videar cū Anteo luctari &  
 multo plus laboris in his id quod minime arbitra/  
 bar: q̄ in græcis: exhaurire, nisi forte tamen æquio/  
 re animo: preteritorū meminimus laborum: q̄ p̄/  
 sentes subimus: verum vtcūq; sit: decretum est p̄/  
 sistere, primū: quia cœpi: vt constantia tuear er/



rorem; deinde quia in græcis in quibus quantum  
uis parum effecerim; possimus tamen affirmare  
neq; opere me neq; impēse pœnitere. Quia in his  
ergo voluptas maxima quam capiebam & adhuc  
capio; deflorescit nō nihil; & eo ipso fortassis ad fru-  
ctum tendit; putauī mihi rursus animū: nouis qui-  
busdam studiorum illecebris excitandum. Ad hæc  
puto mihi illustriori, aliquo peruincendum esse:  
vt quod sterilia hæc litterarū studia tota vita con-  
sector: iudicio videor id nō segnicia facere. Sed vt  
quod verissimum; perinde rectissimum eēputo di-  
cam: destinauī senectutem meam; si modo me ma-  
net senectus: studio sacrarum litterarum. videorq;  
mihi vna opera nunc veteris &c. ¶ Nosti enim sto-  
machum meum; vt nequeam sectari barbarorum  
impuritatē. horrorem eorum; qui nunc omnia  
occuparunt. Nosti contra quoq; stomachum illo-  
rum; vt clament; vt insaniant & contumelię dueāt  
loco; si quis audeat scita illorum conuellere; & co-  
nari docere: pueros se; supuacua; deprauata; que-  
q; senibus sibi rursus dediscenda sint. didicisse. pos-  
sunt tamen hæc facere vt deberem; vt desistam non  
poterunt &c. ¶ Vale honestissimis verbis: saluta-  
to meo nomie hospitem tuum. M. Richardum &  
modestissimam foeminam coniugem eius. Date p̄  
propere Vormaciæ tertia septimane; sic visum est  
mihi vocare, quod nos vel barbare Feria secunda  
Feria tertia vel ἑορτικὴ τριτὴ lunę iouis martis mer-  
curii dicimus &c.

Rodolphus Agricola suo Iacobo Barbi-  
riano. Salutē. P. D.

Vid est suauissime Iacobe tam celeri-  
 ter oblitus es nostri tam facile ex ani-  
 mo tibi effluxim⁹; ego multa alia que  
 parauimus que instruimus quū esse-  
 mus vna tantum et præter verba ni-  
 hil fuere. Quomodo possum adduci  
 q vt credam te tam penitus oblitum esse. Nedum fa-  
 miliaritatis & illius breuis quidem sed vt mihi vi-  
 sum est iocundissime consuetudinis nostræ. Verū  
 etiam spei tuæ & destinationis ad studia. quā ipse  
 tibi iam fingebas, et cuius etiā iā tum futura frue-  
 baris voluptate. quoniā ego quoq; statuerā si id qd  
 cupiebam euenisset mihi, vt ad vos me reciperem  
 omni cura atq; diligētia te instruere & velut in pe-  
 culiarem quandam gloriam meam in studiis edu-  
 care. Et eo te perducere quo soleo nunq̄ putare me  
 peruenire potuisse. si quis mihi cum essem ea ætatē  
 te qua tu nunc es. dux formatorq; studiorū fuisset.  
 Fieri certe non potest vt puteim ista tam cito exci-  
 disse tibi. Itaq; me ipsum præbeo iudicem tibi ne-  
 scio an iustum certe mitem & clementē. fingoq; ex-  
 cusationes pro te. Et contra me ipsum causam tuā  
 defendo, Cogito te non habere quemquam cui



possis litteras ad me perferendas dare. Rarissimū  
enī est vt quisq̄ illis ad nos proficiscatur. Et nostri  
adhuc ppter nostrā illā quā ego psequerbar nō au-  
dent eo venire. Præterea venit in mentem mihi ni-  
hil potuisse te de re nostra cōficere quā curandam  
susceperas propter bella que nūc gerunt. Et idcir-  
co in alios vsus pecunię necessarię. Et que publica  
tractant pleriq; indocti & vltra contemntes lit-  
teras vel aduersantes. q̄ etiā & ego aberā qui præ-  
sens vt aliquorum cōmonere studia potuissem: Ita  
absens facilius memorie corū elapsus sum Et desi-  
derium segnius effici. Hęc oīa persuadeo mihi ob-  
stitisse ceptis tuis quomin⁹ id quod conabar is affe-  
qui posses & conatus tuos irritos permansisse. atq;  
quū id quod maxime cuperes scribere creptū esset  
tibi factum esse etiā vt nihil scriberes credo. Hęc  
ego vt dico mihi pro te fingo Et ingeniū meū in ex-  
cultationem tui aduoco q̄ an iuste ex vero faciā tu  
quidem potes scire qui hęc quomōeūq; se habēt  
rectius q̄ ego nosti. Facio certe hūaniter & mode-  
ste & vt dignum est animo atq; beniuolentia in te  
mea. Malo enī omnia suspicari & credere potius q̄  
putē aut de voluntate tua quicq; mutātū aut de be-  
niuolētia detractū Est enī simplicis & erecti animi  
nō temere quicq; sinisterius opinari. Et q̄ quisq; plu-  
rimū fidei præstare paratus est: tam facillime de  
aliena sibi fide persuadet. Sane inceptū illud non  
pro voluntate nostra cessisse nobis eo equiore aīo  
fero q̄ in iocō & crebro tibi dicebā. parū sp̄i capie-  
bam quicq; futurum esse. Tu quidē ad sperandu. n

paratior fuisti. Sed ego quod exitus docuit certior  
 augur. Sed de hac re satis superq; q̄ velle scire qd  
 agas: hoc est quid aues. quare bella quā pacem ha-  
 beas. quō tibi cū letissimo & lepidissimo corpuscu-  
 lo Illo quod Veneres omnes Cupidines q; sinxerūt  
 conueniat. quorsum reliqui conatus tui recētes il-  
 los dico. quū ego discederē quorsum inq̄ cōcesserūt  
 Meq; mulē nō tacent solū Sed prorsus obmutescūt  
 Ideo neq; vel ynū versum posteaq̄ Antuerpia deces-  
 si feci. Neq; vel cano vel psallo aut yllā partē illi⁹  
 studiū atringo. vt videar aliquñ mihi meipm perdis-  
 disse. Oro vt hoc ipso nūcio quō valeas. Et qd actū  
 de re ea quā ceperam⁹. Et quid tibi impedimento  
 fuerit perscribas. Spero fore vt hac estate crebrio-  
 res ad te dem litteras Si modo tutus cōmeatus fiat  
 mercatoribus nostris in Brabantia. Et ipse si forte  
 hinc diuellere ad tēpus aliqd me potero ad te ve-  
 niam/ tanto enī desiderio loci illius teneor vt faci-  
 le omnia mihi ex illius comparatione sordescāt &  
 vilia fiant. eā humanitatē hominū eū cultum gra-  
 tiāq; reg; oīm: eā añ omnia sanitatē & beniuolentiā  
 vt quum nulla re minus frui mihi cōcedatur nihil  
 est quod eque tamē (nō audeo dicere sperē) sed vel  
 cupiam vel optem. Vale. Salutē dico honestissi-  
 mo viro meo noīe Hieronimo de tiel. M. Ia. engel  
 Et ne per ambages te morer omnes natos vbi vide-  
 bis Et vbi cōmodum erit. Etiam atq; etiā vale. Da-  
 tum grouinge biduo post annuntiationis Marie.



Rodolphus Agricola Suo Alexandro He-  
gio Salutem dicit.

Olui suauissime Alexander si quid mi-  
hi credis, & q̄ potui egerrime tuli, vt ex  
litteris tuis accepi fuisse te hic iterea quā  
ego abessem, nec id tā quod tu spe profectionis tue  
frustratus es congressu sermonibusq; nostris; q̄ qd  
mihi vsus studiorum meorum licet breuis exigu<sup>9</sup>.  
aliquis tamen ereptus est quātuluscunq; is fuisset.  
putassem enim magnum eum; quando nihil mihi  
iam non magnum est quicquid occasionis mihi da-  
tur ad studia, & omnibus carenti pro maximo est  
quodcunq; contingit, difficile est vt explicem tibi q̄  
mihi omnia mea & ip̄e ante omnia displiceam. pe-  
rit mihi quottidie studioꝝ nescio amor an vsus di-  
cā certvsus & ob id fortassis paulatī & amor cāseo  
q̄ magnum damnum fecerim litterarum postea q̄  
italia decessi, si tamen ee sunt litteræ meę in q̄s ma-  
gnum possit damnum cadere, iam labi memoria  
auctorum, iam historie excedere, iam verborū pro-  
prietas copia, decor defluere incipiunt, si quid so-  
luta oratione tento scribere difficulter sentētias &  
eas pigras inertesq; & quæ tantum impleant locū  
suppedito, oratio ipsa horrida, disiecta, incōposita  
qualis fortasse semper, sed nūc tamen solito magis  
talisq; quæ rem quam dicere cupio designet poti<sup>9</sup>  
q̄ explicet, versum rarissime quidem, sed si tamen  
facio; non pedes in ordinem; non sonus carminis;

30  
non spiritus responderet: & utcumq; proueneret non  
qualia probem: sed qualia possum effundo: aut ex  
primo, verius dixerim) & reluctanti pectore euolu  
lo, cuius rei prater alia hec mihi causa est, quam  
quum aliis magnam credo, tamen mihi maximam  
esse intelligo: deest enim acerrimus mihi studiorum  
stimulus, exactior eorum & socius: quicum commu  
nicem: in cuius aures ego: ut itidem in meas ille de  
ponat quicquid cogitando inuenerit: scribendo ef  
fecerit: legendo didicerit et vel laude dignum vel  
acriori iudicio annotarit, quicq; semper ingerat ali  
quid: percontetur, dubitet, disceptet, modo neglig  
gentiam liberiori reprehensione castiget, modo  
conatum benigniori puehat laude (vtq; semel sin  
cere omnem inter studia beniuolentiam fructum com  
plectar) qui dicere verum, quicq; audire sciat & ve  
lit, eum quum te mihi esse perluadeam pro sum  
mo tuo studio amore, proq; candore animi tui:  
nihil est omnium quod malim q; posse vna nos eta  
tem degere, quod quia per res nostras nobis non li  
cet: facile estimabis: quod solum nobis restat: con  
gredi quandoq; & colloqui: quantum mihi dolue  
rit id proxima mea profectioe nobis esse prater  
ptum, Quia vero hunc usum amicitie verioem  
nobis prospicio futurum: ad litteras redeam<sup>9</sup> cen  
sco, oculorumq; damna animorum voluptate resar  
ciamus interea tamen ne qua cessare beniuolentiam  
tuam patiar, aliud mihi pignus animi tui deposi  
cam, quod quale sit paucis dicam, Est mihi frater



Henricus minor q̄ Ioannes natus. huic desiderium  
incessit discendi litteras. nescio an satis cōsulte. ta-  
men quia dehortari nequeo: deterrere eū nolo. fuit  
Monasterii ad Fredericū nostrum dimidio paulo  
amplius annū; ibi proxima ætate p̄cepta rudimē-  
ta quantū per id temporis potuit recollectit. iā Fre-  
dericus alio profectus est datus cuidā domui pater  
Henricus in patriam rediit. orat instatq; vt rursus  
eū aliquo ad studia mittā circūtuli mētē. quorsum  
visumq; est potissimū ad te exploratū enī habeo libe-  
benter te mea causa quicquid poteris gratū illi fa-  
cturum; admouebis interim oculos. dabisq; operā  
si modo vetus est amor discendi quē p̄fert; vt illū  
p̄ceptoris diligentia cōfirmet. victui necessaria  
vt solent nostrates secū afferet. pecuniā pro tēpore  
mittentur. diuersorium vbi tibi cōmodum videbi-  
tur prospiciet. reliqua omnia ex tua sentētia. Hoc  
quoq; perq̄ velim scire: ecquis apud vos sit qui sub-  
licius operis doceat adolescētes: vbi a schola pub-  
licavacāt. quēadmodum scis Fredericum nostrum  
solere. & sit ne liberū quibusuis nō capiciatis adie-  
re. datis mercedibus. valde enī cuperē prima eum  
elementa q̄citisime perdiscere. quoniā mea senten-  
tia longiore circa hęc mora non tantū tēpus amittit  
tunt pueri. sed quēadmodū a nostris scis tradi: hor-  
rore quodā barbarieq; imbuuntur. vt postea non  
serius modo. sed difficiliter meliora percipiant de  
his omnibus me q̄primū poteris fac oro certiore  
mittam eū proximis diebus ad te: vbi litteras tuas  
accepero. Pliniū quē petis a me quāq; crebro in ma

nibus habeã perferendũ illi ad te dabo. Possũm vi  
 deri trãsiisse. nedũ impleuisse iustũ epistolę modũ  
 quã demetrius phalerius breuẽ voluit esse. alioquĩ  
 si longior sit librũ potius cui salus præscripta sit q̃  
 epistolam videri. mihi vero qui facilius epistolę q̃  
 amicitie nostre leges violauero cõtra magnus est  
 auctor. qui stultũ dicat esse certum epistolę finem  
 imperari. quũ pro rerũ modo necesse sit magnam  
 eam minoremue fieri. quid inquit necesse est sapiẽ  
 tiam vel puerilib⁹ cubitis vel schenis persicis me/  
 tiri. quo equiore animo in hanc legem cõmittam.  
 qđ & si non essent mihi multa que scriberẽ. abũde  
 tamen iusta causa multa scribendi hoc ip̃m eẽ: qđ  
 tibi scribo Queris quid inter mimũ histrionẽ & p/  
 sonam intersit mimum & histrionẽ idem crediderĩ  
 esse eũ dico qui fabulas in scena agit. nisi quod mi/  
 mus a græco id est imitor originẽ ducit hi/  
 strionis Thuscũ verbũ esse auctores affirmant. fuit  
 tamen & poema apud veteres qđ minos vocarent  
 salibus tantũ & dicacitate gratũ & humillimi iter  
 omnia generis vnde ego etiã mimi nomẽ fe/  
 re humilius q̃ histrionis apud auctores inuenio q̃q̃  
 tamẽ Paridem Iuuenalis histrionẽ vocet. Quod nõ  
 dant p̃ceres dabit histrio. idemq; pantomimus fue/  
 rit. persona a personãdo dicta est id quo histriones  
 faciem suam in scena tegebant alienamq; prefere/  
 bant id est apud Iuue. personã thyrsũmq; tenent &  
 sublegat actũ. vt sic quod græci proso/  
 piõ vocant vel mormolycian quãquam  
 mormolycias nomen ad terro/



re incontiendū magis ptineat. dicit etiā psona is qui  
psonā sustinet                      secūdū synechocen vt ē  
mulier nempe ipa videtur nō persona loqui Scur  
re latinū nomē esse eius quod parasitū greci vocāt  
puto. nulloq; distare nisi quod parasitus

parasitasthe velut honestiore parte no  
men habet. scurra a libertate licentiaq; lingue dici  
videt. vterq; vero is qui victus querēdi causa oīm  
se ludibrioꝝ patientie addixit de parasito Iuena.  
viridem thoraca iubebit: afferi minimalq; nuces  
assemq; rogatum. ad mensam quotiens parasitus  
venerit infans. de scurra. Populi frons durior hui?  
qui sedet & spectat triscurria patriciorū subiicit de  
inde que sint ea. planipedes audit fabios. & que se  
quuntur Nebulo quid sit idem auctor docet. & eo  
dem iure natantes mergere ficedulas didicit nebu  
lone parente quamq; nebulonis noīe quod ex ver/  
bis Gellii significari videtur p̄xime accipiebatur  
hi qui hodie retia circūferūt & dicacitatis certami  
ne victum querunt. nepos dicitur vt arbitror qua  
si non potens gulæ. idem fere qui apud grecos

leccatoris nomē germanicū est vt pleraq; alia  
apud nos corrupta quale est reisa burgimager  
scultetus sicut & gallia passagium pro expeditio  
ne bellica guerram pro bello treugā p̄ induciis ac  
cipimus                      anthropon nomen vnde ducatur  
apud grecos: eque ineptū puto querere q̄ apd nos  
vnde hominis. quasi vllius rei nominande debeat  
hominibus antiquior fuisse cura q̄ sui ipsorū. siue  
ab ana &                      trepo siue vt alii

scdm metathesim siue trephodici q̄s velit  
 ingenu magisq̄ veritatis op̄ crediderim quocūq;  
 mō dicat. Vesp̄ extremū diei ē Salu. in Iuguru.  
 iā diei vesp̄ aderat & alio loco postq̄ castra locata  
 diei vesp̄ erat Catul. vesp̄ adē iuuenes cōsurgite  
 vesp̄ olimpo expectata diu vix tandē lumina tollit  
 nā qd̄ tu vesp̄e apud Ouidiū p̄ plaga occidētali lei  
 gis dictū est vt ap̄ eūde Eurusa ad Aurorā  
 nabatheaq; regna recessit. aurorā enī pp̄rie celifa  
 ciē dicim⁹ rubore pp̄inquātis solis surtusam deīn  
 tēpus diluculi tñ etiā oriētis p̄tē. Vesp̄  
 pera quoq; ap̄d Pli. ē in octauo li. epl. varius inquit  
 sermōib⁹ vesp̄a extēdit. & sub vesp̄erū dicit celar  
 in cōmeta. belli ciuilis. nā qd̄ nos vesp̄as p̄ vesp̄tio  
 officio quēadmodū p̄ matutino quō veteres locuti  
 sūt: matutinas dicim⁹ nō satis latio puto. Bonum  
 sero sit ne latine quēadmodū bonū mane addubi  
 to. nā mane aduerbiū quū sit. inuenim⁹ tñ ap̄d Per  
 siū lā clarū mane fenestras intrat & angustas osti  
 li. ei. sic etiā fuerit ne sero ap̄d veteres aliqñ in  
 locū noīs. nō q̄ sciā ap̄d vllū auctore qui extet hui⁹  
 locutiōis eē exēplū illud certū est quēadmodū ad  
 verā loquēdi legē corruptū est ita bonum serū nō  
 maledici sic enī est apud Suetoniū in augusto. Et  
 iā diei serū erat. Rube⁹ audio q̄ putēt barbare di  
 ci ego ap̄d Pli. iuenio nisi tñ sit erratū in līa & v p̄ n  
 positū & debeat rubēs eē. ego quū rubri nomē ha  
 beā tuti⁹ mali q̄ liceti⁹ loq. de analogia deriuādoꝝ  
 cōponēdorūq; noīm vix mihi pmiserī q̄c̄q; fingere  
 qd̄ nō ap̄d auctores iuenerī. varia multiplexq; res  
 f̄ iiii (est de q̄ nihil



precipi perpetuū possit. & i qua nihil audiam nisi  
sit fortasse (vt inquit Hora.) necesse iudiciis mon-  
strare recentibus abdita rerum. tamen ego et Sos-  
cratitas & Platonitas & entitas fortasse dixerim q̄  
uis repugnet Vallensis noster quid ni tam libere  
quum necesse sit; q̄ Cicero nulla necessitate ad piet-  
tatem & lentulitatem & Pollio patauinitatē quā-  
dam dixit sonare. T. Liuium. Tignum est lignum  
minus trabe cui tecta domorum incumbunt forte  
a regendo dictum, quāq̄ dicat cesar tigna bina se-  
qui pedalia paulū ab imo preacuta & reliqua que  
sequuntur. deinde subdit hæc vtraq; insuper bipe-  
dalibus trabibus immisissis. vt mihi videantur ista  
non mensura sed vsu in edificiis distare vt tignum  
sit cui incumbat aliquid, trabs cui tabulata inster-  
nuntur asser ab asseredo: id quo gustamē aliquod  
aut libitinam manu asserimus hoc est prehēdim⁹  
nomen habet, nam quod vulgo asserem vocamus  
tabula dicitur proprie contignatio conclauatio ti-  
gnorum est. in pandectis est titulus de tigno iniun-  
cto. eū legas censeo. Diocesis

diocoume diocesis. id est administratio vel procu-  
ratio dicitur quo nomine & Cicero vsus est ad at-  
ticum mihi campanie diocesis attributum est de-  
betq; latino sono pronunciarī circūflexo in penul-  
tima accentu quemadmodum & paracletus dice-  
re quod græce  
est debemus. Scribis  
cupere te vt dialectica mea edatur dialectica fœmi-  
neo genere ars ipsa est  
arithmeuce hec  
dialectica hec

arithmetica quemadmodū georgica bucolica libri sunt vnde. M. manlii liber astronomicus non astronomicē & Aristo. ethice non ethice inscribitur. Scribis etiam quāto tempore eum ad te redire iubebis ne dubita quī si in illis litteris & reliqua latinum est sed illud quāto tempore sed in eā significationem qua tu vis improprium non enī queris quāto tempore hoc est quā celeriter aut quā tarde perfectionem ad me redeundi explicaturus sit sed intra quātum aut post quātum temporis ad me rediturus sit. vt si dicas eandē figuram orationis aliis verbis. duobus ad te mensibus redibit intelliges duobus eum mensibus in itinere futurum sin dicas intra duos menses (nam infra duos in temporis significatione barbarum est) aut post duos menses redibit. iam planum est dicere te post duos eū menses ad me daturum. Deinde est vt plura breuibus cōplectar rectius (erat vt plura paucis cōplectar) breuia verba sunt que paucis sillabis constāt. sicut longa que multis. ex multis paucisq; verbis longa p/inde breuisq; fit oratio est etiam iuuenum iactatores: iuuenes scis vulgo vocari quicunq; sunt minores natu: & ego scio. mallem adolescentium aut puerorum dixisses. iuuenes enim sunt qui viro proximi sunt: qui iam nō admodum in ludum litterarium eunt. Præterea scribis quid tignum quæ cōtignatio & reliqua. subicis deinde in fine vbi ex te rogauero querēdi finem faciam hoc: si præcessisset interrogationem scite per verbum futuri de futuro pronuciaffes vt esset: reliqua sunt que vbi ex te



rogauero querendi finē faciam deinde sequeretur  
quid tignū qdue cōtignatio, nūc quū res pterisset  
de qua iterrogaturus eras, malle dixisses quod  
quū rogauerim dicēdi finem faciā, nec me latet id  
scdm hyperbaton dictū eē et nullā aliam  
esse frequentiore figurā in oī genere concordande  
orōnis sed multa eueniūt que repugnent aut ver/  
borū genere aut struende orationis rōne, quomī  
nus omnis ornatus oī loco cōueniat Habes qd fa-  
cere te velim; & ad interrogata responsū; & de epī/  
stola tua censuram, que si tibi parum grata sūt tu/  
tura; defines post hac exhibere mihi negociū, aut  
si perges molestus esse; nimirū paria pro parib⁹ ex/  
pectabis, apud græcos, in prouerbio ē; cicadā alis  
prehendendā non esse; que vt ceperit strepere desi/  
nere nesciat, ita vbi quod velis ex me audire quesie/  
ris, seua etiā mercede; quod nolis audiendū est, fa-  
ciliusq; loquacitatē meā cuoccs q̄ cōpescas. Quin  
tu calamū arripis hocq; inuictū me ferre nō sinis,  
& quū fines tuos defenderis; tñ meis inferis bellum  
meoq; me cōfodis exemplo cuius rei diligentes vi/  
gilatiq; labores mei; nedū negligētius profusa epī/  
stola plenā tibi atq; vberem præbuerit materiam,  
nec est quod offensum meiri vereare, agā etiā gra/  
tias vltro idq; in præcipua beniuolentiæ tuæ partē  
numerabo, nec tā nihil tibi displicuisse in ea si to/  
tā pbaris q̄ totā cōtempssisse si nihil improbaueris  
putabo. Vale Arnoldo nro p̄sbytero & philosopho  
meo nomine salutem dicas, Ioannes frater hone/  
stissimis verbis saluer e te iubet, Iterum vale, Da

tum groningi, xx. septembris anno. lxxx.

34

¶ Rodolphus Agricola Ioanni Agricolæ suo  
fratri, Salutem dicit.

nihil habeo mi frater quod vel ego aptius  
tibi pro nostra necessitudine (vt qui fra-  
ter sim tuus) afferre possim. vel tu pos-  
tius pro tua ætate: vt qui prima iuuen-  
te spacia ingrederis: ex me expectare de-  
beas quod: vt vnde cumque possim ea tradam tibi quibus &  
eruditione ornatior: & vita melior euadas Idque di-  
gnum studiis meis: dignum amore nostro arbitror  
munus: ea parare tibi: quorum vsus non tempore  
intercidat. non casibus obnoxius sit. Sed quemad-  
modum natura perpetuo nos deuixit pignore. ita  
illa quoque que a me accipis solida proinde sint per-  
petuoque tibi adiumento futura. Quod si pulchre  
apud poetam ille monuisse filium videtur qui in-  
quit. Disce puer virtutem ex me verumque laborẽ.  
Fortunam ex aliis. Et ille quidem Cuius omnis co-  
natus pendebat ex fortuna: omnis ad fortunam la-  
bor dirigebat. nõ imerito virtutis ego tibi horta-  
menta colligam. qui vitam hactenus eis impendi  
studiis: que vera certissimaque ad virtutem ducunt  
via. Queque in rebus humanis quid expetendum sit.  
quid fugiendum. quid recte seculue fiat. velut in spe-  
culo cõspiciendum nobis cõsiderandumque pponit. Cũ  
sint autem per multa que ad vitę ptineant institutionẽ



græcis latinisq; his conscripta. Egregia imprimis  
& admirabilis. Isocratis ad Demonicū Parenesis  
mihi videtur Ea enī suauitas est dicendi. Is ornat⁹  
& (vt ita dicam) sculptura orōis. tanta p̄terea ma/  
iestas: vtilitas: decor p̄ceptorū: vt si quēadmodū  
pugiles meditados quoldam nodos nexusq; habēt  
quibus inter certamina subito vel non cogitantes  
etiā vtātur. Ita nos quoq; oporteat: certa quedā &  
ad manū posita vitæ habere p̄cepta. que oēs n̄fas.  
velut ad filiū dirigant actiones. Quorūq; tenax in/  
fixa mentibus nostris memoria: recti nos limitem  
egredi vbiq; vetet: hic libellus aptus. vel maxime  
ad hāc rem atq; accōmodatus mihi videtur. Eum  
itaq; in latinū sermonē e græco conuerti: rem scrup/  
pulosam conatus: vt numeros quoq; quoq; ille fuit  
obseruantissimus. & schemata: vel (vt nos dicim⁹)  
exornationes oratiōis. quoad possem imitarer Per  
similiter enī cadentia & desinentia & equata & cō  
traposita & reliquos id genus ornatus voluit orō  
Quorū vt studiosius p̄cipue Gorgias Leontinus  
p̄ceptor ipsius aliq; aetatis illius Iophiste fuerūt  
ita diligentior ipse vt sequuta ipm nō a flectata vī/  
derentur. Hunc ergo legendū tibi etiā atq; etiā: &  
ad verbum quoq; ediscendū sentio. Sēperq; velut  
ante oculos tanq̄ regulā quādam vitæq; p̄scriptū  
habendū Et ita fiat vt non solum instruat os tuum  
verum animū quoq; emendet. Quēadmodum enī  
ad doctrinam p̄cipuū intelligere que legas ita  
ad virtutem maximū facere que intelligas. Vale.

**C**isocratis ad Demonicū Parenesis per erudi-  
 tissimum virum Rodolphum Agricola e græco  
 in latinum sermonem traducta. Incipit.

In multis Demonice rebus multū inueni-  
 mus distantes bonorum mentes; atq; ma-  
 lorū cogitationes multo vero maximum  
 accipere discrimen circa mutuā consuetudinem vitę  
 Hi enī præsentēs solum amicos venerātur Illi eos  
 quoq; qui longe absunt beniuolentia prosequūtur  
 At malorū quidē amicicias tēpus exiguum dissol-  
 uit & bonorū ne omnis quidē cui tractus extinguit  
 Quū putē igitur eos qui gloriā experūt; quiq; suos  
 eruditioni conatus destinant; bonos & nequaq; ma-  
 los decere sectari. hęc orationē dono tibi misi indi-  
 cium erga te beniuolentię signūq; cū Hipponico fa-  
 miliaritatis Decet enī liberos quęadmodū faculta-  
 tum; ita amicicie quoq; paterne hereditatem susci-  
 pere. Video autē occasionem nobis conuenientem  
 & præsentis nos oportunitatem temporis adiuuā-  
 tem. Tu enī erudiri cupis. ego erudire alios admi-  
 tor; tu sapiētīę studio attineris. ego deditos illi re-  
 cta via deduco. Quicūq; autē exhortatorias ad ami-  
 cos suos orōnes cōscribunt. pulcrū illi quidē opus  
 assumunt. nō tamen circa id qđ est in philosophia  
 præstantissimū laborant. Qui vero adolescentib<sup>9</sup>  
 præmonstrant nō ea. quibus vehementiā in dicēdo  
 cōsequant<sup>r</sup>. sed quo pacto vita moribusq; industrii  
 fiant; tanto magis qđ illi audientibus p̄sunt. quātū  
 interest qđ illi ad sola ipsos verba cōfirmāt. Hi ye/



ro ipsorū quoq; facta emendāt. Quamobrē nos nō  
exhortationē tibi parātes. sed institutionē tibi scri  
bentes per genus nostri te consilij participē facere:  
quas res oporteat adolescentes desiderare. Et quæ  
rursus opera vitare; qualibus item hoibus se cōiū  
gere. Et quomodo suam ipsorum vitam instituere  
Quicunq; enī vitæ cursum hoc itinere fecerunt. hi  
soli ad ipsam virtutem ingenue adire potuerunt.  
Qua non res honestior: non constantior est ulla.  
Pulcritudo enim vel validudine perit. vel tempore  
flaccescit. Diuicię viciorū sunt potius q̄ integritas  
tis ministre. facultatem desidīæ præbentes. & ad  
voluptates curam excitantes. Robur prudentię  
conuictum profuit. sine illa vero sepius eum quid  
habet offendit. & corpora quidem eorū qui se ex  
ercent adornat. industriam vero mentis obscurat.  
Virtutis autem possessio. quorum bona fide men  
tibus ipsa coaluerit sola consenescit. Diuitiis po  
tior vtiliorq; generis splēdore Queq; fieri nequeūt  
ab aliis. illa suis virib<sup>9</sup> subdens & multitudini me  
tuenda constanter expectans. Desidiā dedecus. la  
borem laudem arbitratur. Hocq; cognitu perfaci  
le ē ex gloria certaminū Herculis. operūq; a The  
seo gestorū Quib<sup>9</sup> morum p̄stantia tantū laudis  
insigne operibus adiecit: vt oīs tēporum posteritas  
rebus quas gesserūt offundere nequierint obliuio  
nem. Sed & tu quoq; memor patris tui cui viuēdi  
secte nōne habebis pulchrū atq; domesticum eorū  
que a me tibi dicentur exemplū. Neq; enim parui  
virtutem faciens. neq; se cordie deditus egit ætatē.

sed corpus laboribus exercebat. animo periculā  
 subibat. Neq; extra modū diuitias expetebat. sed  
 presentibus quidem fruebatur bonis veluti mor/  
 talis gerebatq; curā futurorum velut immortalis  
 Neq; vero cōtēpte vitā instituerat sed elegans erat  
 & magnificus. simulq; expositus amicis. Impēsius  
 laudabat officio ipm prolequentes. q̄ generis sibi  
 necessitudie deuinctos. Perluadebat enī multo ad  
 amicitiam efficaciorē esse naturam lege. mores ge/  
 nere. electionē necessitate. Tempus in p̄sentia nos  
 deficeret. si omnes illius actiones enumerare p̄ga/  
 mus. exacteq; de illis nobis alio erit loco differen/  
 dum. Nunc signum quoddā Hipponici sustulim⁹  
 nature ad quem velut exemplar vitā formes oportet.  
 Legemq; tibi mors illius putes. & imitatore  
 te emulumq; virtutis paterne p̄beas. Turpe nāq;  
 fuerit pictores pulcherrima queq; exprimere ani/  
 mantium & liberos nō imitari industriam parētū  
 Existimes aut nullum ita pugilem cōtra aduersa/  
 rios suos decere meditari sicut te considerare quo  
 pacto cum patris tui ratione viuendi decertes. Fie/  
 ri autem non potest. vt animum quisq; taliter for/  
 met. nisi multis ante honestisq; p̄ceptis fuerit ex/  
 pletus. Corpora namq; moderatis laboribus ani/  
 mus vero actionibus honestis roborat. Experiar  
 igitur breuiter ea tibi exhibere. quibus obseruā/  
 dis in vita plurimum mihi videaris virtutibus ad/  
 diturus. & gloriam cunctos apud homines conse/  
 quaturus.



**P**Rimū quidem pie diuina colas. nedū sacrifi-  
cans; verum etiā quod iuraueris prestans Il-  
lud enī effluentīæ opum est signum. hoc morū p-  
bitatis indicium

¶ Numen venerare semper quidē. presertim qđ ci-  
uitas. sic enī simul videberis sacra deo facere. legi-  
busq; obtemperare.

¶ Talē te exhibeas erga parentes. quales exhibe-  
re se tibi voles ex te progenitos

¶ Firma exercitatioib⁹ te corporis nō eis que robo-  
ri sed que sanitati conducūt Id assequeris si desinas  
laborare. tolerando adhuc labori sufficiens.

¶ Neq; in risū procliuius eē velis; neq; in verba cō-  
fidens. illud enī stulti est. istud furentis.

¶ Que factu turpia sūt ne dictu qđē putes honesta.

¶ Fac assuescas nō tristis esse: sed cogitabūdus: pro-  
pter illud enī ferox. propter hoc prouidus esse cre-  
deris.

¶ Putes ī primis decere te modestiā: pudorē. iustici-  
am tēperantiam Istis enī omnibus contineri probi-  
tas adolescentium videtur.

¶ Neq; latiturū te si turpe qppiā feceris speres. vt  
enī alios celes teipm tamen conscius habebis.

¶ Deū time. parentes honora. amicos reuerere. le-  
gibus obedi. voluptates sectare glorię iunctas. ob-  
lectatione enī cum honestate nihil est melius sine  
illa vero nihil est peius.

¶ Obtrectatiōes deuites tãetsi fuerint false. vulg⁹  
enī veritatem ignorat. opinionemq; poti⁹ spectat.

¶ Sic facito cuncta velut neminē celaturus. tãetsi

enim parumper occultes. postea tamen detegeris.

**¶**Plurimū tibi. opinionis adiunges. si appareat ea te non facere. que si fuerint ab aliis facta reprehēdas.

**¶**Si cupide didiceris multa quoq; disces. quorū habes doctrinam ea meditationū custodias curis. at que discis ea p̄ceptis adiunge doctrinis. eq; namq; turpe est eū qui vtilem audit orationē non adiscere. & cui datur ab amicis mun⁹ aliquod nō recipere.

**¶**Vitā ociū studio percipiende eruditionis impēde. sic enim difficulter ab aliis inuenta; facile tibi p̄cipere continget.

**¶**Putā multitudinem p̄ceptionū. multis opibus esse potiorē iste enī celeriter delabuntur. ille in oē permanent tempus; sola enī rerum omniū immortalis est sapientia.

**¶**Non pigeat. longū facere iter ad eos. qui cōducibile se aliquem docere profitentur turpe nāq; fuerit mercatores tanta transire maria. quo cumulatōres suas opes efficiant. adolescentes vero ne terra quidem sustinere proficisci aliquo. quaten⁹ meliorem suam faciant mentem;

**¶**Moribus fac vt sis comis. verbis aut vt affabilis Est autē comitatis benigne obuios appellare: affabilitatis familiariter cū ipsis verba cōmunicare.

**¶**Benignum te p̄beas cūctis; optimis aut vt aris. sic & illis inimicus nō eris. & istis amicus fies.

**¶**Neq; crebro cōuenias eosdem; neq; diu cum eis agas de eisdem. facietas enī est oīm.

**¶**Exerce spontaneis te ipsum laborib⁹. vt adactos quoq; perferre queas.



X  
CA quibus turpe est aīn vincī: eorū oīm temperā  
tiam exerce, lucri ire voluptatis, doloris. Id autē tibi  
continget, si lucrū putaueris id quo gloriā augē  
tes, nō quo diuitiis addas. In ira si talis aduersus  
peccantes, quales delinquenti tibi esse alios velles  
In iucandis si turpe putaueris, seruis te tuis impe  
rare, voluptatibus vero seruire. In aduersis si alie  
nas respicias calamitates, tibiq; homo sis in me  
moriam subinde deducas.

¶ Verborum magis q̄ pecuniarum deposita tuere  
deceat namq; viros bonos iureiurando se fideliores  
præstare.

¶ Cōsentaneū puto perinde malis nō credere quē  
admodū fidem bonis habere.

¶ Que nolis efferi nemini dixeris: nisi tātundē ex  
pediat ea taceri & tibi dicenti & illis q̄ audierunt.

¶ Iusiurandū ad actum propter duas accipito cās  
vel vt te ipsum turpi crimine exoluas: velut amicos  
tuos in magnis periculis serues. Pecuniarū autem  
gratia nullum numē iuraueris: videberis enī aliis  
periurare, aliis pecuniarū cupidus esse.

¶ Nullū fac amicū: nisi exploraueris ante: quo pa  
cto prioribus sit vsus amicis: spera nāq; ipm erga  
te futurū talem: qualis & erga illos fuit.

¶ Tarde fias amicus, factus autē da operam vt per  
maneas: tantundē enī dedecoris est, & nullū ami  
cū habere, & crebros subinde amicos mutare.

¶ Neq; cum damno amicos probes, nec in expert<sup>9</sup>  
ipsorum esse velis hoc aut facies: & si cū nullius in  
digeas te similes indigere: & illa que vulgari nihil

referat. velut occultanda cōcredas deceptus enim opinione nihil offendes; non deceptus mores illoꝝ rebus vectus nosces.

¶ Amicos proba & ex vitæ aduersitate: & experiorum societate. aurū enī igne perspiciuntur amicos vero inter aduersa cognoscimus.

¶ Amicis hoc pacto vteris commodissime. si nō ab eis rogaueris expectes sed pollicēs yltro ipsis in tēpore succurras.

¶ Eque putes turpe & ab inimicis superari iniuriis. & ab amicis superari beneficiis.

¶ In familiaritate proba: non solum malis tuis indolentes. verum etiā bonis non inuidentes: multos enī q̄ cum infelicibus merentur p̄speritatis illorū inuidia torquet.

¶ Absentium amicorum fac memineris apud p̄sentes: vt rationem etiam istorum quoq; absentiu habere videaris.

¶ Circa vestitum elegans non splendidus esse velis est autem elegantis quidem magnificū. splendidi vero esse profusum.

¶ Ama rerum non immensam possessionē. sed moderatam perfruitionem.

¶ Contemne diuitiarum studio occupatos. atq; eis que habent vti nescientes. Simile nāq; cōtingit illis. qui equū possidētī bonum & equitare nesciētī.

¶ Adnitere diuitias tibi pecunias scilicet atq; possessiones apparere.

¶ Sunt autem pecunie illorum qui re te ipsis: frui sciunt possessiones qui ipsis vti queunt.



¶ Dilige quas habes facultates duas ob causas: vt & magnū aliquod dānum resarcire, & amicis laborantibus possis opē ferre, ad reliquū vitę vsū nō plus æquo sed moderare ista concupisce.

¶ Amplectere quidem p̄sentia querasq; meliora.

¶ Nulli calamitatem exprobraris, cōmunis eī est fortuna, & futurum incertum.

¶ Bonis benefac, honestis enim thesaurus est gratia que a bono viro debere.

¶ Si malis benefacias: simile tibi continget: quod qui alienos canes pascunt, illi enī danti: sicut temere occurrenti allatrant, mali quoq; eos qui profūt sicut qui nocent similiter offendunt.

¶ Adulantes aduersare p̄inde atq; fallentes: vtriq; enī quum eis fides habeatur, iniuria afficiunt eos, qui sibi crediderunt.

¶ Comen te prebe eis quibus cū cōuersaris, & nō insolentem, superborum enī fastū vix serui quoq; perferrent, at morum comitatem cuncti benignitatem acceptant.

¶ Eris autem comis si neq; iurgator sis, neq; implacitus: neq; cum oībus contendas: neq; ire eorū cū quibus agis celeriter occurras neq; si iniuste qdem fuerint irati, sed effervescentibus concedas: deinde ipsos, vbi relanguerit ira repræhendas, neq; inter ridicula seriis neq; inter seria ridiculis gaudeas. In tempestiuum enī vbiq; est molestum, neq; ingrate gratiam ineas quod multis euenit qui faciunt quidem sed egre tamen amicis inseruiūt, vel quia culpandi graue est: vel castigandi quia est acerbū.

In primis caue tibi a potandi cōsuetudine, quod si quando tulerit tempus, ante ebrietatem surge, cū fuerit mens vino corrupta, patitur idem q̄ curr<sup>9</sup> solent, qui suos effuderūt aurigas illi nanq; nullo ordine (suis destituti rectoribus) seruntur, animus quoq; plurima peccat ratione subuersa.

Immortalia sentias magnitudinē animi prę te ferendo; mortalia vero moderate p̄ntibus p̄ruedo.

Tanto modestiam meliorem immodestia putes quātum est q̄ alia quidem oīa peruersē facta lucro sunt eis qui illa admittunt, Sola autē immodestia damno afficit eam habentes plerūq; enī quos verbis offenderunt, illis rebus penas luunt.

Quorū conciliare tibi amiciciā velis, boni quip̄ p̄iam de eis p̄dices apud illos qui sunt renunciatūri, Principium enim amicicic laus est, Inimicicie vituperium.

Quum consulis pręterita sumas in exemplum futurorum; latens enī ex eo quod apertum est; expeditissime poteris cognoscere.

Delibera diu, celeriter vero cōfice qđ decreuisti

Optimum puta contingere nobis a deo prosperitatem, a nobis ipsis prudentiam, Quibus de reb<sup>9</sup> libere proloqui te pudet, vsq; cū amicis aliquibus de eis communicare, verbis velut de alieno negotio vttere, sic enī & illorum sententiam nosces, teq; ip̄m haud quāq; manifestum reddes.

Quum super tuis rebus aliquem in consilium tibi assumas, considera primum quopacto suas ip̄e res gessit, Qui enim male administrauit suas; nūq̄ bene consulēt in alienis.



**C**Ita poteris maxime ad consulendū excitari. si calamitates q̄s affert temeritas spectes. sanitatis nāq̄ tunc præcipue curam habemus. quum yalitudinis aduerse dolorum recordamur.

**R**egum imitare mores illorumq̄ vite rationem sectare. videberis enim amplecti illa vel emulari. Itaq̄ apud multitudinē tibi maiorē cōtinget laudē assequi. & cōstantiore ipius beniuolentia perfrui.

**O**bsequere legibus quas reges statuunt. firmissimam tamen legem mores illorum putes. sicut enī qui rempublicam gubernat. opus habet populum obseruare. ita sub principatu uiuentē maxime regem decet honorare.

**M**agistratu præditus nemine ad obeunda ministeria malo ytere que enī ille deliquerit. eorum in te culpa referetur.

**E**x publicis administrationibus abeas nō opib⁹ cumulator. sed gloria honestior. multis enī opib⁹ præstantior est multitudinis laus.

**N**ullam rem inhonestā neq̄ dicto neq̄ facto iuueris. videberis enī ipse talia facere. qualia facientes alios tueris.

**N**ullā rē honestā neq̄ dicto neq̄ facto iuueris: videberis enī ipse talia facere. q̄lia faciētes alios tueris

**S**ic te compa vt aliis superior esse possis. sis tamē equo cōtentus: vt iusticiam videaris expetere. non propter imbecillitatem sed propter equitatem

**E**lige iustā poti⁹ paupratē. q̄ diuitias iniustas. tāto enī p̄stantior est opib⁹ iusticia: vt ille solis diuitib⁹ p̄sint hec vero defunctis etiā gloriā p̄stet. & ille passim improbis cōtingāt. hec malis p̄sint sit inaccessa.

**N**eminē tibi iūxeris eorū quib⁹ iniusticia lucro est. sed poti⁹ eos qui ppter iusticiam ferūt iacturas Iusti enī & si nulla alia re superent iniustos. honesta tamen spe ipos antecellunt.

**O**mnīū curā gere que ad vitā prinēt. maximeq; oīm prudētiā exerce: maximū enī in minimo est mens bona in humano corpore.

**O**perā da vt sis corpore laborū patiēs. animo sapientia appetens. vt illo facere possis decreta. hoc decernere faciēda.

**Q**uicquid dicturus es prius apud aīu tuū expēdet: multorū enī cogitationē lingua præcurrit.

Putā rerū hūanarū nihil esse firmū. ita nec in p̄speris leticia gesties. nec in aduersis dolore cōcides

Duo tibi tpa ad dicendū deputa. vel cū sint aliq̄ de quibus exploratum habeas: vel de quibus dicere est necesse In solis enī istis potior est silentio sermo. In reliquis melius fuerit tacere q̄ loqui.

Gaude quū tibi contigerint bona: moderateq; dole ibi inciderint mala neutrius tñ animi in aliis esse velis manifestus. absurdum enim est recōditas in domibus opes asseruare. & cogitationē in p̄pato positam circumferre.

Magis dedecus vites q̄ periculū. oportet enī malis formidabilem esse finem vitæ. probis vero vitā cum turpitudine coniunctam.

Conare imprimis vitam in tuto collocare. quod si tamen cōtigerit in periculū te deuocari. quere in bello salutem cum honesta opinione. & non cum pudēda fama. mori nāq; cunctis puidētia decreui.



sed honeste vita decedere id bonis tantum viris p  
prium natura concessit.

**N**ec mirum tibi videatur si multa quæ dixim⁹  
haud quæ præsentis tue conueniunt ætati. nō  
enī id me latebat. sed statui eadem opera & p̄sens  
tis vitæ consilium tibi proferre. & futuri temporis  
monita relinquare que quāto tibi sint vsui futura  
facile cognosces. qui vero tibi cum beniuolētia cō/  
sulat difficulter consequeris. vt ergo reliqua non  
ex alio requiras. sed hinc velut ex erario proferas.  
decreui nihil eorum prætermittere. quecunq; tibi  
possent in consilium afferre. gratiā autē habeo deo  
ingentem: si quā de te cōcepi (nō me fallat opinio).  
plerosq; enī videmus vt tibi iucundissimis potius  
quoniā saluberrimis delectari: ita seducentibus a  
vero amicis potius accedere. q̄ illis qui ad meliora  
hortentur. te vero puto contrario instituisse. perge  
re iudicio mihi tyam circa reliquū vitæ cultum in  
dustriam sumens. qui enī rectissima sibi ip̄e agere  
indicit. consentaneum est eum aliorum ad virtu  
tem exhortantium monita non segniter amplecti  
præcipue excitabit te vt rerum honestarum amore  
tenearis: si p̄spexeris q; & ex is imagines habemus  
In secordia namq; faciendarūq; libidinum studio.  
continuo sunt labores voluptatibus adiūcti. enix⁹  
vero ad virtutem conatus modestaq; vitæ institu  
tio sinceræ semper certioresq; referunt oblectatio  
ues. Et illic quidem gauisi primum. postea dolem⁹  
hic post laborē voluptates capimus. In cunctis autē  
rebus nō ita principii meminimus quemadmodū

41  
exitus sensu mouemur. Plurima enī in vita nō p̄  
pter res ipsas agimus: sed consequentiū gratia elab  
boramus cogita autē q̄ malis couenit passim qcq̄  
obuium est agere. hanc enī p̄tinus vitæ libi regulā  
prescripserunt: bonos vero oportet nequaquā vir tu  
tem negligere. vel in multorum currere reprehens  
siones: cuncti enī non perinde oderūt eos. qui se fal  
lunt sicut qui probos esse se iactant. nullaq̄ in vul  
go sunt præferendi recte quidē nam si eos qui solis  
verbis fraudem struunt improbamus. quomodo  
eos qui tota oberrant vita non spernandos putabi  
mus meritoq̄ credimus istos non solum in seiplos  
delinquere. sed & animi sui esse proditores. Ip̄e enī  
opes illis gloriā que & amicos peperit. Illi vero se  
ip̄os indignos hac sua felicitate fecerūt. qd̄ si oportet  
eum qui mortalis sit scrutari cōiectura celestiu  
mentem. arbitror illos in familiarissimis suis maxi  
me ostendisse. quomō bonis sint malisq̄ affecti ho  
minibus Iuppiter enī Hercule & Tantalū genuit.  
quemadmodū fabule tradunt. cunctiq̄ credūt: &  
illum quidem propter virtutē immortalitate do  
nauit: hunc propter improbitatē grauissimis cala  
mitatibus oppressit. Quibus vtentem exemplis ex  
petere decet honestatem: & non modo his que nos  
diximus. Sed ex poetis pulcherrimū quodq̄ edisc  
cere: & reliquos eruditos si quid dixerūt vtile scruta  
ri. quemadmodū enī videmus apem oib⁹ floscus  
lis inidentem & de vnoquoq̄ optima carpentem.  
ita oportet qui vitæ disciplinam expetunt nullius  
rei rudes esse. & vndiq̄ que sunt vtilia colligere.



Vix enī quis hac diligentia nature poterit errata  
superare.

Finis

Eiusdem Rodolphi Agricole oratio in laudem  
Philosophiæ & reliquarum artium.

**P**rudenter hoc, & recte imprimis visū est  
maiorib⁹ nostris instituere, illustrissime  
princeps, Magnifice rector, vosq; prestan  
tissimi viri, vt quotannis post estiuarū vacationū a  
studiis intercapedinē redeūt, rursus nouū cū hye  
me laborē a cohortatiōe cōmēorādīsq; laudib⁹ stu  
diorū auspicaremur, vt intelligerēt q̄tū spei p̄posi  
tū haberēt quā certa ipsos solidaq; maneret felicitas,  
qui reliqs oīb⁹ relictis, per p̄ceps illud & plenū  
sudoris iter eruditionis atq; doctrinē, ad trāquillā  
incōcussamq; sapientiē sedē penetrare statuisent.  
Cōtra si qs p̄spiciat hūc impetū animi v̄ri, hunc tā  
flagrantē circa bonas artes amorē, vt p̄ceditis etiā  
multūq; a tergo relinquitis hortantē lateat, p̄fecto  
nihil min⁹ cōuenire vobisq; moueri aut orōne exci  
tari, qd ergo segniores illos fuisse credem⁹ qui hos  
mentib⁹ stimulos addendos eē censuerūt: nequaq;  
vero q̄ppe quorū diligentia idulstriaq; laus seculi nr̄i  
magna ex pte fulcitur sed maximi virorū qui totis  
se se p̄cordiis doctriņe dederūt, nullā curā tante  
rei studiū nullū suscecturū putabāt, qd̄q; ingentib⁹  
interim cōtingere desiderijs solet, illa quoq; que si  
bi superarēt minora credebāt. Deinde quo magis  
vnicuiq; vestrū pulcherrimā vitæ suę sectā appro

barent rectū putauerūt quā splēdido in curriculo  
 versaremini q̄tū studiorum noīe laudis sustineris  
 tis. in memoriā subinde reuocare. non quod eque  
 dem arbitror vt hortatio esset que in hac p̄sertim  
 re vt apud ignauos inutilis foret ita apud industri  
 os superuacua fortasse sed vt hac cōmemoratione  
 quisq; velut faciem virtutum suarū intuitus puto  
 que ista & subnāscēte iterum atq; iterum gloria  
 recte factorū suorū gauderet/ gaudet sane optimus  
 quisq; contemplatione sui & sola omniū letissimis  
 seip̄am oculis introspicit virtus. Sed dicuro mihi  
 in p̄sentia de laudibus studiorum humanitatis  
 atq; adeo ducis vitæ nostre philosophiæ. p̄tervul  
 gātam illam difficultatem quod difficillimū est in  
 laude temperamētū. & quisq; prout magni mino  
 risue putat ea de quibus verba fiunt aut dignitati  
 rerum parum. aut veritati nimium dici putat alia  
 quoq; priuatim me circumstat molestia. quod istis  
 de rebus iam totiens est tam copiose ornateq; hoc  
 in loco dictum. Solent igitur alii rediū earūdem  
 rerum crebro redeuntium leuare ingenio atq; elo  
 quentia si minus possint materia placere. Ego au  
 tem ad Oceanum & prope ad vltimos rerum na  
 ture terminos natus quid est quod ab isto germa  
 nico horrore sperem hac in re vel nouum vel his  
 limatissimis auribus dignum posse proferri. ve  
 stra oportet adsit mihi humanitas. vt hanc qualē  
 eunq; dictionem meam. pro modo benignitatis  
 vestræ. que hanc prouinciam suscipienti mihi in  
 consilio fuit potius quā pro meo ingenio estimetis



vt inter ceteras philosophiæ laudes hanc quoque liceat mihi nūerare tales eā facere viros apud quos audentem supra vires prōptus excipiat fauor & citra conatū præstanti parata sit vena. Nobis autem oratiōis huius initiū ab eo profisciscatur potissimū quod est in ipsa re p̄cipuū id est ab ipsa philosophiæ dignitate quā summā esse & prope imensam quocertiore q̄s iudicio colligat, quā quod reliqua omnia nostra conditionē habent vt inter minora ista rerū humanarū nasci prouenire p̄duci possint taliaque sunt que ab hoīe dari queant & accipi ab homine philosophia vero inuestigatrix celestium eternorumque & eorum que nulli se mortali aspectui dignetur aperire scrutatrix ipsa quoque perpetua incorruptaque manens solius si verū videre volumus diuinitatis est munus cuius enī sit nisi dei immortalis id dare homini quod sepulchro supersit. Nec metuat sinē solumque oīm que in vita parantur sit diuturnius vita. Et alia quidē vt assequi quisque possit satis est hoīem natū esse & spiritu illo cōi luceque frui at philosophū esse id plus est eē quā hoīem neque temere sibi improuidoque casu philosophia metatur hospiciū sed optimū queque & a viciorū cōtactu liberriam eligens mentē que bona ita cognoscat queque maxima capiat optima intelligat hanc paulatim at tollit & dignā sese parēque sibi stat & demū hūiliū curarū vilia ista fomēta calcātē erigit supra fortunā supra hūana oīa potuit. Oportet hoc est & quā vere diuinū quod tā paucis hoībus cōtingit. Que pot aut maior eē que carior philosophiæ diuinitas quā

nullis claudi terminis nullo spacio contineri vadit  
 etiā facer viri animus liber solutus, nullis coerci-  
 tus metis & quacuncq; rerū natura patet vagatur.  
 Nec terras & maria solū sed sidera ip̄a cognatosq;  
 celos pererrat, nō tenuissima resistūt cōphendit. exu-  
 perat, penetratq; cuncta. Quin etiā velut in posses-  
 sionem quandā suā veniēs oīa sui facit iuris. Quid  
 ni sui iuris. Nempe que non alii vsui q̄ spectaculo  
 & admirationi sacrarū mētū opifex ille rerū vide-  
 tur destinasse totus ergo in his est oēsq; in pulcher-  
 rimo opere curas habet cupiditatisq; defixas nō il-  
 le vilia cōcupiscit nō illicitis dīstringit notis & so-  
 lus quecūq; sunt nouit quecūq; vult potest quid ē  
 quo propius deū possit imitari. Nec mirz videatur  
 quod dixi posse quecūq; velit philosophū .pōt cer-  
 te quodcūq; vult/neq; enī vult qđ nō possit addam  
 etiā quod nō liceat. asciuit Hanc quoq; laudem  
 deditis sibi philosophia qđ eadē opera & docet &  
 emendat purgat aīos atq; a viciis reuocat. nō metu  
 vt iura atq; magistratus. Sed moribus. nō simula-  
 tione vt q̄ ambitioni seruiūt. sed virtute sua vt sua  
 efficacitā. Nā quū oīa inter se contraria in mntuam  
 pernitiē natura armauerit. certū est bonarū ma-  
 larūq; artium non magis esse posse vno in pectore  
 cōfortium q̄ in vno membro morbi & sanitatis. in  
 vno homine mortis & vitæ ipsa certe studia peruis-  
 gilesq; circa litteras cure. Nonne secū circa fruga-  
 galitatē p̄simoniā tēperantiā oīm q; affectuū mode-  
 rationē ducūt. atq; totū sibi aduocātes hoīem dī-  
 lecto quicquid turbinis mentē percellit componūt



ipam q̄t̄iq; reddūt nō ira illū agitāt. odiū macerat  
nō amor cōcoquit. nō inuidia cōsumit. q̄ deuocat?  
fluxis hīs reb? studio se querēde veritatis addixit &  
sacras in cōsiliū cōfortiūq; celestiū rex imiscuit cogi-  
tatiōes. nec domat incurrētia sibi vicia. nec tan-  
gere enī ip̄is sed tāq; ex sublimi despiciēs ridet atq;  
cōtēnit. Nec vero me latet posse impitis videri ma-  
gnificentiq; ista a me q̄ veri? dici. vt quorum animi  
nihil tale norūt. nihil tale cōcipere possint. Itaq; in  
prōptu erat magnis ista exēplis docere. & p̄ferre vi-  
ros seculorū mēoria cōsecratos q̄ ista dixissent. & si/  
dē quoq; opere firmassent. nisi lupuacuū putarem  
vetera longe q; posita scrutari quoniā vos ip̄i satis  
mihi abūde q; magnū hui? sentētis documentū p̄-  
beatis. Namq; cū videā alios vestry relicta natali  
educatriceq; domo. & solo quoq; patrio. qui nō li-  
ne cā iucūditissime dicit? ē nitere huc velut spōtaneū  
in exiliū p̄ficiscentes alios aut̄ hic natos domi atq;  
inter suos nō aliter atq; in exilio sint his oībus ab-  
dicatis soli se philosophie deuouere qd̄ est qd̄ locu-  
pletiores v̄llos testes requirā. Poteratis enī nobilitate  
clari inter affluentes opes in ip̄o vitæ flore vel  
p̄ annis lete vel p̄ opib? molliter vel p̄ grā licēter  
trāsmittere etatē. at nos simul atq; posita nobis iu-  
cunda. studioz animus labore eruditōis incaluit  
cūcta hęc ex vero estimata. p̄ derelictis ire & melio-  
rū desiderio victa faceffere iussistis itaq; qd̄ difficil-  
limū spē est habitū vincere blandicias rerū hūana-  
rū. qd̄q; multi sudoris. maximi negocii illis quoq;  
est q̄ instructi in hoc se solū pararūt vt hostē virtutis

44  
tum oim voluptatē tā domesticā tā p̄tinaciter cer-  
tātē deuincāt id vobis tribuit phia non difficulter  
nō moleste sed molliter & tāq; aliā agēs atq; ī ma-  
gnitudinis suę accessionē qđq; ē maximū oim mu-  
tat ad meliora mentē nec fatigat oim iucūdisimū  
auferta voluptate nec torquet. Libet me hercule  
querere cām tante efficacit̄. tā p̄stantis suę virtutis  
nec aliud inuenio qcq; qđ est cognatū qđdā & p̄  
inde iucūdisimū aptillimūq; mentib⁹ n̄ris sumi in-  
diuinarū hūanarūq; rez; inuestigatiōe idq; ppriū  
est & natiū aī n̄ri op⁹. qđ iugiter queat & sine in-  
termissione perferre. corpus enī corporea; oīa pi-  
gris & inertib⁹ cōcreta elementis. nō moueri nō ef-  
ficere qcq; sine aliena vi externoq; impetu p̄nt. quū  
& diutius agitata atterūtur. & acrius cōcita fati-  
sunt. ip̄mq; mouent vīgore. fatigant atq; contun-  
dunt. Aeria videm⁹ vbi celo cōstitit facies in motu  
manere atq; trāquillū. Maria post p̄cellas atq; tē-  
pestates sterni p̄igra; iacere. terras nō nisi imbris  
bus labefactas solibus excoctas laborib⁹ domitas  
tandē velut inuitas victasq; famem n̄ram satiare.  
quētiā celū credo nisi inuicta illa indefessa; vis  
p̄petua vertigine rotaret quieturā iā pridem fuisse  
quod tradit⁹ vtiq; fore qñq; vt quiescat adeo oibus  
his non conatus aut vigor inest vllus neq; norunt  
aliud quāq; natura monstrante quā torpere anim⁹  
contra vegetus alacer expedit⁹ opere gaudet exci-  
taturq; actiōe quodq; reliqs labor est id est sibi na-  
tura. necesse ergo ē incredibili ip̄m p̄fundi gaudio  
qñcūq; suū ip̄e negociū agit id ē quotiēs relictis oī-



bus piectis curis reuocat<sup>9</sup> redditusq; sibi pura illa  
sinceraq; & naturæ suæ simillima p̄fruit cōtempla/  
tione, siue quū intra se defixo intuitu pulcherrimā  
illā deformemq; naturā suā admirat̄ siue cū volu/  
cres per oēm mundū oēmq; rez; naturā sparsit col/  
gitatiōes. Qd̄ enī p̄t̄ eē maius qd̄ pleni<sup>9</sup> gaudiū q̄  
videre se oībus que circa se sunt p̄stantiorē natura  
virtute potentiorē. Hoc enī est quo non tāq; veloci  
momēto plabēte semel sit p̄fungi sibi vt deinde de/  
sideret̄ sed qd̄ renatū quotidie & subīn̄ renouatū  
sp̄ de integro mētē expleat. & vsu qd̄ in vetustate  
abeat oblectatiōe sp̄sit nouū. hoc ē qd̄ nō totū ani/  
mus ip̄e aut incognitū habet sed cōsci<sup>9</sup> tāti natu/  
ræ suæ boni quotidie supra se abit/seīpo maior ex/  
crescit. idq; videt̄ intelligit̄ p̄tractat. p̄cipua felici/  
tatis pars ē scire se eē felicē. Quis ergo locus hic tur/  
pi cuiq; aut sede relinquit̄ voluptati/auerfat̄ refu/  
gitq; ip̄as bona mēs nō tantū qa naturę suę dissen/  
tiūt̄ sed qa dulcib<sup>9</sup> & idcirco p̄niciosis malis abū/  
dant̄ nec enī tote vnq; aut simplī cōtingūt̄ suspecta  
Primū ē nō pestis sua vtq; auferat̄ ab ipsis nōnunq;  
reluctat̄ tñ sp̄ ad meliora spectans repugnat. Dein  
quoq; vbi vel defecerūt̄ vel sacietate expleuerunt  
cōtinuo penitentia fastidiūq; succedūt̄ & qsq; mor/  
taliū obsequit̄ libidini tātūq; est trepidare primū.  
deinde dolere. At q̄to p̄stantior si tñ conferri fas est  
q̄to melior ea quā ex p̄ceptis institutisq; philoso/  
phie mens assequitur leticia ea integra est/pura est  
inturbata est atq; quo vberius hausta eo magis de/  
siderium sui accēdens/nec yrget plenitudine & sa

cietate/non fastiditur atq; diurnitate tedium nō  
 mouet/solaq; præstat vt nec desiderio futurorum  
 agamur presentib<sup>9</sup> nec presentium amore futura  
 metuamus. Vtq; semel mensurā iucunditatis quā  
 p̄bet philosophia complectar/tanta est vt sub ipsa  
 reliqua oīa nostra secūda quidē sicut sub sole sive  
 ra minora lateant aduersa sicut tenebre naturā ful  
 gore permutent. Permutant inq; quū in sapientiā  
 inciderit naturam suam aduersa. quib<sup>9</sup> hoc digne  
 prosequar verbis quibus laudibus tantā maiesta  
 tem tantūq; patres philosophie numē exequē. dat  
 illa p̄pter que cōtinuis deū flagitam<sup>9</sup> votis/subicit  
 suis legib<sup>9</sup> fortunā & quis ferocē seuiētēq; in vacuū  
 effūdere minas cogit/res p̄fecto maior ē q̄ que ab  
 hac mea imbecillitate & ap̄d paucos dicat sed que  
 sonantem vberrimāq; facundiā poscat/ & quā q̄  
 quid vsq; est hoīm queat exaudire/ quando genus  
 humanū nulla in re impensius elaborauit q̄ vt im  
 minentes casuū impetus periculaq; vitaret in hoc  
 equaras nubibus alpes & niuib<sup>9</sup> montes glacieq;  
 concretos labante vestigio percipimus. in hoc fra  
 gili nos in maria naue iaciētes/ arbitrio ventorum  
 fluctuumq; pendemus inter vndas/in hoc auias so  
 litudines inter feras ferisq; spe p̄de efferatiores ho  
 mines pererramus/inter ignotas gentes aliena pa  
 tria vbi vel hiberni caleant soles/ vel estiuo gelu ri  
 geat terra/ per ferrū/ ignes/ saxa/ raptamur auge  
 mus vires nocendi fortune dum ne noceat prospici  
 mus/prouocam<sup>9</sup> pericula periculis/ & mortis mel  
 tu ruimus in in mortem/ & tanq; contra naturam



detorti atq; a tergo habētes oculos. videt quisq; qđ  
fugiat. quo se p̄cipitet considerat nemo. Nōne me/  
rito exclamet phīa o stu ltas hominum mētes ope/  
ctora ceca. quelibet in tenebris vitę quātisq; peric/  
culis. degitur hoc eui/ illa ergo miserta nostri bea/  
nignā medicāq; humanis malis adhibet manū. illa  
la iactatū turbine rerū aīm confirmat. & restituit  
illa docet veris cuncta p̄ciis estimare & secunda/  
rum rerum facietatē a modo desideriorū nostrorū  
solatia aduersorum ab animi nostri robore peten/  
da. torquemini inquit metu malorū nō malis nesc/  
citis miseri quid fugiatis/ quid sequamini & timori  
vestro sepe remedia querētes in peiora q̄ fugitis vl/  
tro venitis Pro dita equidē scio carmina occultaq;  
sacra quibus aduersa casuū ira numinis auerteret  
tenet rectā in oīa philosophia frōtē & aduersa hec  
ip̄a eē negat. docuerūt alii q̄ rōne indito sensib⁹ stu/  
pore inter dolores tormētaq; patiētia p̄staret mor/  
tuosq;. illa meli⁹ docet quō sciētes potius ista sentie/  
tesq; contēnam⁹. oī itaq; loco oī tempore adest no/  
bis & cōtra fortune tela propugnat fida. benigna.  
erecta. excelsi inuictiq; animi nō paupertatē asper/  
natur. non exilium refugit non carcerem exhorret  
ascendit etiā in euleum discussisq; tormentis con/  
solatrix cōfirmatrix contra supplicia cōsistit. Mor/  
tempotestas aliqua intentat vixi inquit & quē de/  
derat cursum fortuna peregi. breuissima est impe/  
rii istius & nulla nisi non vtaris occasio aufert for/  
tuna opes non est q; ingenio glorieris aut q̄ mo/  
lesta sis vtendum accipi tollas licebit quod dedisti

tormēta minatur tyrannus. Habeo gratias inquit  
 nature, q̄ non ipsa pot<sup>9</sup> debilitate morbisq; explo-  
 rare me voluit. nūc habeo saltem exprobre, & de  
 quo querat, morbi infestant. hac parte dicit rerum  
 nature addicta sum, que si moderate imperet per-  
 feram, sin grauius deleuiat ppe est libertas in quā  
 velut ab iniusto domino proclamem potest ne vlti-  
 ma præstantior esse virtus q̄ eius que vincit ista que  
 sic timentur. Quosdam accepimus propter singu-  
 las herbas inuentas, vel propter vnus morbi excol-  
 gitatam medelam, aut inter numina habitos, aut  
 immortale apud homines nomē cōsequutos, cui<sup>9</sup>  
 igitur numinis maiestas quā imortalis gloria dil-  
 gna ipsa phia reperiet que nō vnū alterūue malorū  
 rē remediū protulit, sed oīa pariter quesituit, inue-  
 nit, ostēdit, nec paucis opē fert morbis, sed ad quorū  
 rūcunq; mentionē hoīes phorrescūt quecūq; hor-  
 ridis ē circūstrepūt noīb<sup>9</sup> vno simul iperū cūcta p-  
 fligat. Seruitutē sūmus apd nos orator morte per-  
 metuendā esse dixit, at Diogenes ipam non fortit-  
 ter modo sed libenter pertulit, raptus a piratis &  
 venūdatus, quum a cognatis vt redimerent pecul-  
 nia offerretur, asseruit libi cōditionem suam, ostē-  
 ditq; non esse vllum vitæ genus malū putandū in  
 quo non esset ad bonam mentem via præclusa, per-  
 suadet Platoni philosophia & nauigare in Sicilia  
 compellit non metuit ipsa lubente mare piratas  
 tyranni fastum tyrannoq; grauiores siculas vol-  
 luptates & tanti fuit vt alium non se meliorem  
 faceret, Plotinus qui diu quidem lacefferat



asperius fortunā tandē graui diuturnoq; corrept<sup>9</sup>  
morbo vt paulatim corp<sup>9</sup> feda tabe diffiueret atq;  
horrida sensim cuncta mēbra eroderet pestis per  
stitit ille tamen semper in fortunā perorare tanto  
quidem maiori auctoritate quod cause cuius ante  
patronus fuerat . nunc quoq; fiebat & testis vadit  
q; se in carcerē suum moriturus Socrates & ducto  
rem sum erecto plenoq; gradu p̄cedit, p̄mittit si  
bi suadet q; effugiū at ipse cōtemnit tanto sibi visū  
est grauius morte timuisse mortem dilutū. Deins  
de constanti manu sumit venenū atq; intrepidus  
hilaris & sitiētī similis haurit collaudato quoq; eo  
qui porregerat p̄sentes amicos tanq̄ alieni exit<sup>9</sup>  
spectator adesset solatur atq; confirmat. Vnde tā  
to viris illis constantia tam p̄sens mirandumq; ro  
bur nisi q; docuerat ipsos Philosophia oīa ad que  
trepidant imperiti queq; vanis cuncta terroribus  
implent non mala esse nisi eorū q; que vera sint bo  
na ignorant. Est ne ergo q; quisq; posset maius di  
cere maius excogitare philosophia per quā oīa ti  
ment<sup>9</sup> asp̄nant<sup>9</sup> / aspirant<sup>9</sup> oīm quecūq; optat amor  
ira imprecatur assequimur securitatē quodq; sum  
mum in reb<sup>9</sup> hūanis contingit vt ne voto quidē sit  
opus. Si quis autē assit fortassis istarū rerū imperi  
tior quū ferri a me tantis laudibus philosophiam  
audiat vt hec sit p̄cipuū maximūq; eorū que a p̄ri  
cipe deo genus accepit humanū vtq; hac ipsa du  
ce homines p̄xime deū accedant ip̄am pulcherri  
mo virtutū agmīe. comitatē pectora nostra imple  
re sui amore alia oīa sp̄rni reliuq; solamq; sincero

47

cōstantiq; gaudio cumulare desideria nra postreō  
ipam esse que inter tantā turbam accidentiū hūa/  
norum & sine metu nos faciat tutos & sine pericu/  
lo securos. Si quis inq; imperitior audiat hec. Nō  
ne iure me interrogat atq; dicat. Que est ergo hæc  
tā preclara tibi & laudata philosophia qđ ipius of/  
ficiū quod pollicetur licet intueri liceat cognosce/  
re. Explica ipam & vel breuiter cōplectere atq; in/  
summā quādā collatam ostende. Rectius arbitrio  
nostro quisq; credem<sup>9</sup> cupiūt id oēs maxie cognos/  
cere cuius sua plurimū putāt intereē hec qui dicat  
non iniusta videbitur mihi exposcere. Nec fraudā/  
bo ipm voto suo & cōuententissimū utiq; videt<sup>r</sup> vt  
qui de ipsa nequeā dicere p dignitate explicē ipsā  
potius & spectandam a facie atq; pro ingenio suo  
estimandā cuiq; proponā. Philosophie igit<sup>r</sup> nomē  
e græco exprimentes amorē diuinas res hūanasq;  
cognoscēdi cū bene viueudi studio cōiunctū mihi  
quidem hac finitione ipsa videtur liquere quicqd  
dici ad laudē cogitariq; possit ī vnus amplitudine  
nominis huius esse cōclusū. Nos tñ p partes eam<sup>9</sup>  
& alius introspiciētes paulo exactiori diligentia  
cōsiderem<sup>9</sup> ipam dignū & enī reddet istius opere p/  
cium nobis & si nō aliud hoc saltem q; ipa utiq; di/  
q; rigide timeant virtutes vsq; adeo nil  
Horret amor superūq; afflatus mentibus ardor,  
Quid magna acta viri repetā que claudere non est  
Versibus, aut nullus potis est æquare canendo,  
Concessisse minas & feruida corda ferarum  
Passa virum, placidas gremiumq; petisse volucres  
Atq; manus inter, gauisus ludere pisces  
Vtq; aquilæ cantu qui tempora diuidit ales  
Erutus: ipsa cadens vitam ethere liquit in alto  
Hic fera serpentes moueant vt tedia siluę  
Vulnera perpessus suasit pater ipse malorum  
Atq; gemens, hoc est vinci se vulnere fassus

Hic etiã limphas tellure effundere sinum  
 Iusserat hic etiam panes que iam vltimus illi  
 Victus erat. quater auditis largitur egenis  
 Cura deo fuit & nullo ductore per vndas  
 Sponte sua redeunt grauide tot fruge carine  
 Scilicet esse viri facer huius se pectore monstrat  
 Spiritus atq; animi sanctos impleſſe recessus  
 Poſt vbi durus ei multos ſeruatus in annos  
 Viuendi rigor & magne conſtantia menti  
 Et labor & mente præcibus nocteſq; dieſq;  
 Abſtulerant vires. artus attriuerat ætas  
 Sicq; deo viſum meritis quo præmia digna  
 Suſciperet gaudens corpus terraſq; reliquit  
 Aſtra petit. læto chorus hunc ſacer ipſe paratu  
 Excipit & toto funduntur gaudia cœlo.  
 Funduntæ terris: noua ſenſit numina terra.  
 Atq; dedit victum cornu bona copia pleno  
 Ipſe chorus ſenſit: voluuntur grauius anni  
 Gratius & Phœbus formoſaſq; ſydera fulgēt.  
 Aſt veluti clauſum denſa inter nubila fulmen  
 Murmura ceca ciet nõdum mortalia terrens  
 Pectora. ſed vaſto ſcidit vt fera clauſtra tumultu.  
 Atq; oculos flamme fragor horrid<sup>9</sup> occupat aures  
 Jungere tum palmas ſuperosq; in votavocare  
 Pergimus. haud ſecus vt trifti cum corpore nexus  
 Terrenos fugiens mens alta ſuperuolat aſtra  
 Emicat & populos ruit inclita fama per omnes  
 Magnarũq; animi pauitant miracula rerum  
 Atq; diem feſtum ſolēnia ſacra quotannis  
 Inſtituunt. cumulant donis ingentibus aras



Luctus & omnis opem sed opē petit omnis egestas  
Ergo tibi summas agimus pater optime grates  
Qui placitum terras tanto donare patrono  
Tuq; adeo nullos hoīm frustrato rogatus.  
Cultor magne dei titulis vitaq; sacerdos  
Quevalde vllius viuax facundia yel quod  
Ingenii flumen dignas tibi fundere laudes  
Vis tibi mordaces animis depellere curas  
Artubus & morbos tu neruos tendere tortos  
Et firmos trepidis pedibus das figere gressus  
Tuq; diem reuocas & lumina clausa resoluis  
Tu rigidas flectis linguas vociq; negatum  
Pandis iter sonitus tu das nouisse loquenti  
Auribus occlusis tibi ferrea vertere fata  
Concessum membris animalq; reponere stratas  
Seu vero furor & nigrantis felle veneni  
Tincta rapit bilis feruensq; infania mentē  
Nō mutat siue ferox vmbra & tartara linguēs  
Corporibus merfit se pluto pectora motus  
Vexat anhela micant oculi turbataq; passim  
Stat coma non solito murmur prouoluitur ore  
Auxiliū prestes agitataq; corda recidūt  
Quid tumido volitās in fluctu nauita cuius  
Obruit vnda caput nec sat rate tutus & arte est  
Vota facit ventifugiunt & turbida cessat  
Ira maris quid q; se se referentia retro  
Sistere lucra iubes expellis dāna inuida. quid q;  
Firmas esse facis sed matrū segnia longo  
Tempore fecundas optato viscera partu  
¶ Salue sancte mihi semp multūq; tremende

Maxime confessor tibi nos debere fatemur  
 Quodcunq; hoc vite est quas celi carpinus auras  
 Tu varios inter iactatum irigora & æstus  
 Febribus & lacerum præstas reualefcere corpus  
 Salue iterū salue & votiuas optime laudes  
 Accipias placidus maioraq; ferre volentes  
 Pauperis ingenii tenues ne despice riuos  
 Finis

Rodolphi Agricolaë Anna mater incipit.

a Nna parēs sūmę genitrix venerāda parētis.  
 Que pandis populis prima salutis iter  
 Atq; paris matrem; cutus quę non capit orbis;  
 Ipse libens subit viscera casta deus.  
 Te cano. tu sancti posco mihi carminis haustus.  
 Ingere voce sacra pectora nostra rigans.  
 Ast mihi si centum sint vno pectore mentes.  
 Et totidem linguas. tot moueamq; sonos;  
 Nulla tamen te digna queam præconia laudū.  
 Dicere. nec meritis te cecinisse modis:  
 Exuperat quoniam mortalis carmina landis.  
 Virtus; qua superas sidera summa poli.  
 Gloria maior & hæc; cui certauerit vlla;  
 Quam tibi præ cunctis filia clara tulit.  
 Filia. qua maius nihil est meliusue creatum  
 Germine mortali. filia virgo parens.  
 Filia; que summo potuit deducere cælo.  
 Corporis & nostri claudere veste deum.  
 Quamq; vocat matrem summi sapientia patris  
 I iii



Et matrem trepidi nos miserumq; genus:  
Natus ab hac ille est: & matrem natus honorat,  
Audit & humanas hac perhibente preces,  
Anxia quam nunquam miserorum vota fatigant  
Sed placidam moestos porrigit usq; manum:  
Hancq; petit sibi spem; cui nil sperare relictum est.  
Hanc portum medio naufraga turba mari,  
Visceribus parta est hæc Anna tuis: & ouam,  
Gaudia magna patri: gaudia fertq; tibi.  
Vtq; futura fuit: quæ post iulpiria risum,  
Gaudia post lachrymas, leticiamq; daret:  
Nata statim meruit sic exhilarare parentes,  
Auspiciumq; ortus gaudia ferre sui,  
Scilicet istud erat: quæ spes dilata parentum,  
Torqueret cupidos per sua vota diu,  
Coetus & frustra tribui tibi sæpe rogarent,  
Prolem, nec possent flectere vota deum,  
Iam sinerentq; preces, iam tristia pectora mæror,  
Et desperantum clauderet ora dolor,  
Illud erat: læta caperent quod munera mente,  
Difficiliq; foret gratia plena bono,  
Quod venit ex facili: faciles segnesq; tenem?  
Quod spe, quodq; metu torlit: habere iuuat,  
Quin decuit tantum longa expectatio partum,  
Et magnam magnas anteuenire notas,  
Ergo bonus loachim sterilis quæm degeret annos,  
Atq; foret superum munere prolis egens,  
Fortepios venit: templis ut ferret honores,  
Et sibi placeret victima cæsa deum:  
Protinus horrendum verbis & voce sacerdos

Intonat: & sacris iussit abire locis.

Ocius heus inquit: pcul hinc procul esto profane.

Neu te grata deo munera ferre putes.

Nec mihi credideris, deus est: cui credere debes.

Ille tuas clausa reiicit aure preces:

Ni faceret: pridem coniunx tua feta fidelem.

Augeret populum munere leta dei.

Nuuc neq; prole iuuas gentem. benedictio necte.

Sacra dei tangit. tu quoq; cede sacris.

Cede sacris. aras donis nec pollue spretis:

Que neq; grata deo. nec mihi grata dabis:

Dixerat antistes. Ioachim nil hincere contra.

Sed rubet. & mcestum fert celer inde gradum.

Inq; salutatam yira thalamiq; sodalem.

Linquens. alta gregum pascua saxa petit.

Pastorum qua fida manus: quibus additus ille:

Et gemitu pectus vexat. & imbre genas.

Inde manus oculosq; ferens ad sidera coeli.

Sic inquit gemitu prepediente sonum

Quem coluere patres Abrahamq; Isaac & Iacob:

Sancte deus: qui audis omnia. quiq; vides.

Scis vt mente tibi sim cordeq; deditus omni.

Et mihi qua vires sunt: tua iussa sequar.

Te rogo: quando nequit vis hoc humana mereri.

Quod veneror: dignum teq; piumq; putes.

Et mihi da caram secunda coniuge prolem.

Atq; pium liceat nomen habere patris.

Nectam prole super moueor. moueor licet illa.

Multum: fas sit. & haud improba verba praecer

Quam mihi ne cultusq; tuus soluendaq; dona.



Obsint. atq; pie te coluisse vete.  
Vtq; licere sciam; tu quouis munere ferma.  
Aut prole. aut alio. sed rogo prole magis.  
Sic ait. ast illi cœlesti missus ab arce;  
Nuncius assistit talia verba ferens.  
Parcedum lachrimis incessere. parce querelis.  
Andiris. iubet hæc me tibi ferre deus.  
Vade domū. dabitur tibi; qd̄ petis. Anna tumētes  
Prole feret gaudēs vxor amata sinus.  
Hæc erit; vt dicas; est tanti cuncta tulisse.  
Tam clarum populis proferet illa decus  
Dixit. & in tenues sublatus protinus auras:  
Fulminis vt rapidi stridula flamma fugit.  
Ille stupens facieq; in terram pronus adorans  
Voce deo grates fert dupliciq; manu  
Luna sed interea quinos compleuerat orbēs:  
Nescia coniugū dum foret Anna sui;  
Seu viuat Ioachim. Seu morti cesserit atrē.  
Vt quoq; mos trepidis; pessima quæq; timer.  
Aduenit. & mœstam solatur nuncius idem.  
Et pauidam mentem spe meliore fouet.  
Inde domum lætus Ioachimū redit: omnia constat.  
Pollicitis. nono mense fit Anna parens.  
Non animis. non voce puto leue claudere cuiquā.  
Quis fuit his recti. quis pietatis amor.  
Qua meruere sacri virtute fideq; parentes.  
Vota ferant tantis vt cumulata bonis.  
Grandis enim meriti cœlestes cernere vultus.  
Cernitur. & Gabriel proximus astat eis.  
Grandeq; iam veteris solatia sumere luctus

Attulit e cœlo nuncius almus opem,  
 Grande ratas præcibus naturæ vertere legis.  
 Verterunt, sterilis fit modo læta parens,  
 Et magnum fecisse deo non irrita vota.  
 Vincit at illorum spemq; præcesq; deus.  
 Quid tantâ prolem; quando hæc est omnia supra.  
 Maior & humanis nobiliorq; bonis.  
 Sed tamen accipiunt, & quū contingere votis.  
 Cœtera non sperent; hoc neq; posse putent.  
 Nascitur ergo, sacriscq; salutat fletibus orbem:  
 Quæ mundi lachrymas tollere prima venit,  
 Virgo maris terræq; decus, decus ætheris alti.  
 Nascitur, & roseo percipit ore diem,  
 O dulcis pietas, o gaudia, quis fuit illic,  
 Plaudendi trepidis læticiæue modus:  
 O si sancta scias mater; solatia mundo.  
 Quæ dabit hæc; oculis quam manibusq; tenes  
 Vtq; si hæc quondam summū paritura tonantem  
 Et mortale deo compositura genus,  
 Læticæ tantæ satis vna ne pectora credis.  
 Totq; tuo poterunt gaudia corde præmi;  
 Vt sine spe mater fias, natæ quoq; mater.  
 Cui matris decus & virginis adsit honor,  
 Quodq; sit his maius, natæ; quæ facta superno,  
 Flatu; hominem simul & sit genitura deum,  
 Salve sancta parens; & tu nata in clyta salve.  
 Quas caro, quas pietas, has quoq; iūgat honor,  
 Natam mater amas, & natæ mater amaris.  
 Laus capit vna duas; vt tenet vnus amor  
 Bis tamen Anna potens hoc partu, bisq; beata.



Fs prolis titulis nobilis atq; tuis.  
Cospicuos præstant alios benefacta parentū  
Tu contra natæ nobilitate nites  
Magna quidem meritisq; tuis pietate fideq;  
Quis neget; at nata hæc splendidiora facit.  
Acceptumq; refert munus tibi maxim<sup>9</sup> orbis.  
Hanc; post dona dei cui bona cūcta refert.  
Hæster quod populum scelerati fraudibus aman  
Eruit. & regis mitior ira fuit.  
Iudith & Hebræis ferrum flammascq; minantem.  
Hostem tartareas fecit adire domos.  
Laudibus & colitur Iudith & laudibus Hæster.  
Semper. & æternum nomina clara tenent.  
Et tamē exiguos perituris addidit annos.  
Vtraq; & hæc meriti summa duabus erat;  
Ne vitæ nec opum fieret ferus arbiter hostis  
Neu natus ferat. aut vxor amata iugū.  
Magna quidem. fragilis sed vitæ munera. queq;  
Sint qui habeant; sint qui non habuisse petant.  
Quanto tu maior. quanto felicior Anna.  
Quæ das; quo mulier plus nihil vlla tulit.  
Natam quæ cælo dominum deduxit aperto;  
Cursus & ad cælos hinc patefecit iter.  
Natam queq; deiq; hominum commercia primas  
Reddidit. & pacis ianua prima fuit.  
Quæ non hostiles clades. non barbara ferri.  
Vincula nec quantum flamma famelue queūt.  
Non quantum mare terra queunt ætherue minari.  
Coniurant licet. & perdere cuncta velint.  
Sed quæ reppulerat veterem cunctosq; præmentē

Iram:quam meruit pergenus omne parens.  
 Diras quę nobis terras deicit, æthera claudit.  
 Proripit. & abruptit fœdera cuncta dei.  
 Quam sequitur: quicquid cœlo terraq; timemus.  
 Et labor & dolor & mors fera dente minax  
 Hanc vicit: tua nata parens. seuumq; leonem.  
 Vertit: & hunc agnum præstitit esse dei.  
 Et dominum summis in se detraxit ab astris.  
 Parcere culpę hominum factũ hominẽq; docet.  
 Tu felix igitur & tanta prole beata.  
 Anna præcor nostras sume benigna præces:  
 Quod potes atq; facis. nata tu mater a dhortans.  
 Vota simul iuncte reddite nostra deo.  
 Non erit: vt quisquã duce te diffidere votis.  
 Debeat: oratu tac modo vota iuues.  
 Te duce quisq; ferat rectos ad sidera vultus.  
 Nectimeat vanas inualidasq; præces.  
 Nil tibi nata negat, nil & negat ille parenti:  
 Ille colit matrem. te quoq; nata colit.  
 Ergo voca matrem te: se vocet illa parentem.  
 Tuq; tuũ tibi ius. asserat illa suum.  
 Iam nihil exposcent mortalia pectora frustra.  
 Quoq; voles: simul id nata deusq; volent.  
 Scilicet hæc ita sunt: & nõ decepta rogatum.  
 Spes facit: vt præcibus te lachrymisq; petant  
 Te cuncti fugiunt morbi pallorq; dolorq;  
 Noxia queq; animo: corpore queq; sedent.  
 Quicqd id est: hominũ quod curas cordaq; lassat:  
 Te fugit: vt ventos nubila pulsa solent.  
 Quumq; foret laudi nostrę nimis: alta parentis.



Astra tenes superis quod sociata choris.  
Quod tua sublimem te misit ad æthera virtus.  
Mira quidem miris muneribusq; potens.  
Vitaq; per omnes numerosq; gradusq; probata.  
Cui laus; quæ paucis morte venire solet.  
Alloquii superum consors. & læta stupendis  
Donis. nec solita fertilitate parens.  
Quum nimis hæc laudi; nunc quis te laudib' æquet.  
In nos tot meritis quum tibi crescat honor.  
Illa quidem sunt summa; sed hæc tua gloria nobis.  
Gratior & miseris blandior iste fauor:  
Te positam cælo lætam. & sine fine tenentem.  
Prædere mens hominis quæ nequit. osue loqui.  
Felicis tamen hunc terris aduertere vultum.  
Inq; bonis tantis nostra videre mala.  
Quodq; tuo fletu docta es. succurrere flenti.  
Tristibus & lætam ferre piamq; manum.  
Nemoq; quod iustis præcib' tua numina pulsans.  
Sollicitis frustra vocibus orat opem.  
Hinc tibi nomen. & hinc veneratio sacra parentis;  
Et qui te sequitur; maximus orbis amor.  
Hinc spectanda nites trepido fiducia mundo  
Nocte velut tumido fulgida stella mari.  
Teq; petit sexus. petit ætas omnis & ordo.  
Teq; gradus omnes diues inopsq; petunt.  
Lubrica tu firmans fortunæ munera præstas;  
Ne fugiant nostros lapsa repente sinus.  
Et bona quæ miser hic vitæ sibi postulat usus.  
Aggeris. & rursus iam fugitiua refers.  
Maternas partu tibi fert mater. tibi castas.

67

Casta memor nata virgine præces.  
 Præsidiumq; petit curis, quibus ætuoat inum.  
 Pectus, adhucq; rudis, corde micæte pudor.  
 Sunt: quos fama procax facta atq; infecta canendo  
 Opprimat, & populi vox facit vna reos.  
 Sunt: quos tristis agit luctus lachrymæq; cadentis  
 Semper, & assiduis imbribus ora natant.  
 Sunt: quos senu amor telis furtalibus vrget  
 Et pedibus victor colla retorta præmit.  
 Posceris auxilio: tu vulgi comprimis ora,  
 Tu luctus releuas, & tibi cedit amor.  
 Cedit amor, cedunt vna dolor ira paranq;  
 Iam laqueos, iam enses, iâq; venena furor.  
 Ditus & in dubiis augur timor attulit ad te,  
 Nec vacuum sensit pondus habere preces.  
 Seu quæ terra p̄mens sequitur vis hostica, seu quæ,  
 Carceris obscuri vincula seua tenent,  
 Seu gemit: inq; horas ceruicem tradere ferro,  
 Carnificisq; putat colla secanda manu,  
 Ille fame, his hãmis vitam dare, rupibus alter  
 Precipitis scopuli membra rotanda timet:  
 Quid tumido dicam: qui p̄det nauita fluctu,  
 Et iactant laceram flatus & vnda ratem:  
 Quid vastis cinxit quem siluis ira ferarum,  
 Predonũue furens non minus ira feris,  
 Tu cunctis tutamen ades, te p̄side fidunt:  
 Quosq; suus metus, & quos alienus agit,  
 Fidaq; non spernis suspiria mater amantum,  
 Grataq; pro caris soluere vota iuuat.  
 Certa loquor, magnisq; mihi cõperta periclis



Hęcq; reus voti carmina reddo mei.  
Nāq; ferox languor stratis affligerat ægrum.  
Non vis, non colorraut corpus vt ante manet.  
Victor adest morbus: Mors ad caput ore cruento.  
Horrida terribili concrepat arma manu.  
Frigore iam febris corpus. iam coxerat æstu.  
Aestu: quo rapido non calet Aetna magis.  
Aestu qui vires venasq; resoluerat omnes.  
Quiq; animo tantus: corpore quātus erat.  
Concutiens subito mores mentemq; furore.  
Verbaq; iam totum mors quoq; vīsa foret.  
Illa potens herbis ars. sacraq; cura medētum.  
Cessit: & ingenium vicerat omne dolor  
Quid faciam: qd sperē: quē p̄cer: Anna parēs hęc.  
Vt spes vna tui: sic erit vna salus.  
Hęc medicum numen simul attulit: ilicet ægris.  
Artubus ac animo vita vigorq; redit.  
Hinc adeo flagrent quouis mea pectora motu.  
Ardeat & curis mens animusq; mihi.  
Atq; præmāt magne quātumuis facta ruing:  
Anna vocata mihi dulce leuamen ades.  
Tu mihi certa salus: in te mea vita recumbit.  
Tu dux. tu portus: tu requiesq; mihi.  
Te dicent igitur mea carmina. laus tua semper.  
Viuet & insigni nomen honore feram.  
Quātum voce queā. quātum contendere lingua.  
Quātum animo: quātum flatibus: ore cheli:  
Laus erit Anna tibi. dec<sup>9</sup> anne. annāq; canet orbis.  
Annaq; pro sacro numine nomen erit.  
Postq; deum: cui prima redit laus omnis in æuum;

A quo laus decus & gloria cuncta venit  
 Postq; tuam natam: laus est hæc summa parentis:  
 Tercia stans triplicem que facis Anna chorum.  
 Laus tua dicetur. tua gloria. tu quoq; semper.  
 Proxima cum primis iuncta duobus eris.  
 Ergo ades. & perfer suspiria nostra tonantis:  
 Utq; ferat placidus crimina nostra: roga.  
 Posce bonam mentem nobis. & dedita inenti.  
 Debita nec viciis corpora scæda suis.  
 Sint validæ vires. sit opû modera: a facultas:  
 Famaq; quâ metuat tangere liuor edax.  
 Si tamen hæc prosint si non: procul omnia sunt  
 Et iubes laxo funderè cuncta sinu.  
 Quod satis est cælo: sit vitæ. se quoq; mortis.  
 Non properanda ferat. non fugienda dies.  
 Puraq; velamen quû corporis exuet huius.  
 Mens: teneat summi splèdida templa poli.  
 Hoc pater Anna velit mûdi fac maximus author.  
 Hocq; tuæ natæ natus & ipse velit:  
 Hoc sacer amborû vel ardor spiritus: vnus  
 Viuunt quiq; triplex secula cuncta deus;

Finis

m iiii



Mauricio comiti Spiegelbergi  
Epicedion.

**D**Hebe veni nigra crines umbrāte cupresso.  
Neue manu citharam. fertaue fronte geras.  
Et tibi dulcisono crepitu sint carmina longe.  
Proferat ex habitu se facieq; dolor.  
Tristis ades comitem te tristibus aduoco sacris.  
Vatis vt officio funera flenda colas.  
Vos quoq; Pierides Heliconia turba sorores.  
Huc & cum mœsto iungite fratre gradum.  
Vos quoq; si fas est turbari lumina fletu.  
Diuū. si lachrymas vestras habetq; dolor.  
Famaq; non vana est: quod fleuerit Orpheamater  
Membra videns thressas spargere rapta nurus:  
Candida iam manibus contundite pectora iamq;  
Tingite purpureas rore cadente genas.  
Ille pius vates: & toto pectore vester.  
Mauricius cultor. vester alumnus obit.  
Horrida nec timuit tam clarum tangere nomen.  
Nec vos luctificis mors agitare modis:  
Atq; tot annorum studio curaq; paratus.  
Ingenii torrens aureus ille perit.  
Aret & Aoniis deductus fontibus amnis.  
Fusaq; germano Castalis vnda solo:  
Quam primus nostris potandam finibus ille.  
Intulit ignoto pectora fonte rigans.  
Non illum probitas: non laus in ignis auorū.  
Non tuitus vestri est nominis altus honor.  
Cuncta iacent. rapido mors oīa subruit ictu.

Et decus & titulos paucula claudit humus.  
 Quis vestram tanto famam iam tollet honore  
 Gentibus Arctois carmina docta ferens:  
 Eripiet morti quis nomina clara: quis actam.  
 Post vitam tribuet viuere posse vires.  
 Scilicet id metuens Lachesis fera funere clausit.  
 Os quod functorum vita futura fuit.  
 Os quod debuerat multis dare sæcula famę.  
 Mortis & angusto claudere sine manus.  
 Ergo agite officio tumulū celebrate dolentes  
 Cum planctu lachryme, cū gemituq; fluāt.  
 Sic ego, quum subito mortali pulchrior ore,  
 Voceq; visa mihi prorsus adesse dea.  
 Calliope puto erat stringebat laurea crinem.  
 Vox quoq; quę siluas saxa trahatq; fuit.  
 Hec ait. Onimium mæsto confuse dolore,  
 Duraq; dilecto funere fata gemens.  
 Nil est quod uortem culpes vel fata, nec vnquam  
 Ausa foret sacrum tangere Parca caput.  
 Quin cupiit Lachesis stamen producere yite.  
 Et noua defectis vellera nere colis.  
 Quippe męor manesvt quodā accesserit Orpheus  
 Soluerit & mortis ferrea claustra lyra.  
 Eurydicenq; suam modulato carmine poscēs.  
 Ceperit, ah fallens irrita merces iter.  
 Sic quoq; nunc timuit; mortis ne vincula cantum.  
 Frangeret hic cupiens rursus adire ditem.  
 Fortius & pro se faceret; pro coniuge fecit  
 Quod Thrax, nec cupidus flecteret ota retro.  
 Incipiātq; homines iam passim carmine fata.



Flectere: si tantum carmina posse sciāt.  
Hic certe faceret, nigrisq; emergeret umbris.  
Sed non umbrarum percolit ille domos:  
Nec mors hunc rapuit, longis sed fessus ab annis  
Linquere iamq; diu mēbra caduca petens.  
Deseruit corpus, vitam quoq; vita secuta.  
Certior hoc dedit: vt non queat inde mori.  
Et cupide reprensens cognati gaudia cœli  
Hauerat vnde nouo spiritus ore diem  
Astra pius tenet astra, videns temnensq; sepulcrū.  
Peruolat omne: patet qua via laxa poli.  
Quantus ad occasum se porrigit orbis ab ortu.  
Quātaq; phœbeis orbita feruet equis.  
Et que discurrunt magno vaga sidera mūdo.  
Que rectum peragunt, quæue retorta gradum.  
Quod spacium terris, Nereus quibus æstuet vndis  
Queq; colant gentes aspera, plana, mare.  
Et mores varios variæ commercia linguæ.  
Artes siue animos, corpora siue iuuent  
Quid valeant gēme, quid carmina sacra, qd herbe  
Imo queq; linu terra metalla præmit.  
Omnia nunc uouit, videt omnia, nec late illum.  
Quicquid habet cœlū, tartara quicquid habent  
Et gaudens leta, atq; eterna sorte beatus.  
Numina summa videt triplicis vsq; dei.  
I mortem accusa nūc, fataq; tristia deite.  
Mortuus hic cui sit: quis rogo viuus erite  
Tu ne hominem vitamq; putas hoc corpore cludie  
Est homo mēs, manet hæc, vitaq; nempe manet.  
Spiritus a superis yester venit, inde solutus

Morte carens abi hinc. ad superosq; redit  
 Rettulit ad superos certe hūc pietasq; hīdesq;  
 Ductaq; legitimis vita peracta viis.  
 Ergo videns vestras ridet damnatq; querelas.  
 Mauricius cernens ad quid; & vnde venit;  
 Non illum curę; nō spes dolor iraue torquent.  
 Que miseris cruciant pectora vestra modis  
 Liber & erumpens fragili de carcere tandem.  
 Viuit. adhuc fuerant vitaq; morsq; simul.  
 Nunc tantum viuit. procul & mors ethere mansit  
 Quod moritur. terræ est reddita terra suę.  
 Anne doles: oculis quod sit sublatus. & illum.  
 Non cernens etiam luce carere putas.  
 Certe spirat adhuc. non hunc obliuia feri.  
 Temporis ac uneta posteritate manēt.  
 Spirat & ingenii laus iudatiq; labores.  
 Vis istud doceam me ratione loqui:  
 En age sume manu: quod condidit; & lege carmen  
 Voce sua loqueris. plus valet illa tua  
 Huius & ingenio. simul huius es ore disertus.  
 Viuit. nempe dabit hic: quod potes ista loqui.  
 Docta nec immerito. vigilataq; carmina sperent.  
 Perpetuum nullo sine premente decus.  
 Dilabuntur opes. vires franguntur. & annis.  
 Et morbo forme gratia carpta perit.  
 Viribus humanis & que surguntq; vigentq;  
 Viribus humanis debilitata ruunt.  
 Mentibus at Vatum deus insidet. vt caret ille  
 Morte; caret Vatum sic quoq; morte labor  
 Quid; quod in exemplum virtutum gloria cedit.



Et poterit nullo tempore fama mori,  
Natis quisq; suis vellent monstrasse priores.  
Talem: quo cuperent teste probanda sequi,  
Regula talis erit: qua discant recta minores.  
Segnes quaq; boni proba decusq; ferant.  
Quem memorans olim nato pater. hūc mihi dices:  
Nosse dedit genitor: quem pater ante sibi.  
Vt sequererq; iubēs erit hic tibi doctor honesti.  
Inquit: & hūc studiis exprime queso bonis.  
Qui claras annis hausit iuuenilibus artes,  
Musarum cupido pectore sacra colens.  
Quicquid & ē: studiis quod Musas auget & ornat.  
Moribus & mentem quod redimere queat.  
Præsentes quod ament, qd postera sacra loquētur.  
Sic animi. manum siue erat illud opus  
Complex<sup>9</sup> vigili meditat<sup>9</sup>q; omnia cura est.  
Sterneret vt laudi nobile promptus iter:  
Vtq; solent: animos quorū fortuna tumentes.  
Pregrauat: aurato flumine plena ruens.  
Non hunc diuitie. generis non inclyt<sup>9</sup> ordo.  
Lubrica non vtq; tempora prima mouent:  
Ocia pigra sequi. segnie fatiscere luxu.  
Victaq; deliciis turpibus ora dare.  
Sed petit intenta cura meliora. colitq;  
Recta. licet dura sint adeunda via.  
Ergo vbi sacra: quibus se prima dicauerat aras:  
Rite colens summo soluerat illa deo:  
Inde vices studiis lucis tribuebat & ymbre:  
Non sterilem quenquā passus abire diem.  
Scriptaq; iam veterum tractabat clara virorum.

Quos vetat ingeniumq; eloquiumq; mori.  
 Libera iam numeris, docta iam lege reuincta,  
 Post quoq; venturis verba legenda dabat.  
 Hinc vbi se virtus ad res vertebat agendas;  
 Facta ferens docui que facienda forent.  
 Est & adhortandis que vis firmissima; cunctos,  
 Exemplo; fugiant, quid cupiantue; monet  
 Inq; dies sese certabat vincere; semper.  
 Parta nouis augens accumulansq; bonis.  
 Non fuit hoc animus feruens, anniq; calētes.  
 Sed mores, vitæ perpetuusq; tenor.  
 Sic puer incepit, q̄tum est ccepisse minores;  
 Fractaq; sic didicit tempora ferre senex;  
 Ne suprema quidem lux hunc deprendit inertem.  
 Doctior optabat dum meliorq; mori.  
 Nec latuit probitas præcium titulosq; recepit.  
 Quos tribuit meritis inclyta roma suis.  
 Sūma datura quidē, sed & ē laus hæc sua; summa,  
 Tollere quum posset, parua putare satis.  
 Hunc age nate sequens tibi pectore fige tenaci  
 Ferre gradum cupiens; quo prior ille tulit.  
 Sic olim puero senior, sic ibit ad omnes;  
 Perq; manus viuus posteritatis aget.  
 Reddi ergo terris hunc non pete, non petit ipse.  
 Et tibi si detur; sæuius holte nocet.  
 Certus habet cælum; cupidi quo tēdimus omnes.  
 Quod nos sollicitos nocte dieq; tenet.  
 Morte doles; magis hoc quod sit lætabere felix,  
 Felicem gaudes; parcius ergo dole;  
 Non amor aut pietas erit hoc; iniuria summa est;



Illi si quum sint omnia læta: doles.  
Terge genas igitur. lachrimas & siste cadentes;  
Inuidiaq; præmens desine fata queri.  
Ille quidem saluus manet. æternumq; manebit.  
Et meliore loco. iam meliorq; manet.  
Tu tamen humanis indulge sensibus atq;  
Laudis & officii pars tibi nulla yacet.  
Et memori semper carum fer pectore nomen.  
Hoc tibi nox referat. hoc referatq; dies.  
Floribus & tumulum spargas lauroq; coronas.  
Perpetuisq; rosas ossa præcare cubent  
Nescius ac ne quis sacra calcet busta viator;  
Hoc brene fac carmen saxa notata ferant;

*Epitaphium.*

Ecce spagelbergi comes ordine clausus auorum.  
Mauricius. pollens moribus ore fide:  
Embrica præposito. quo læta Colonia fratre.  
Templo petre tuo sacra colente fuit.  
Condidit hic corpus studiis senioq; solutum.  
Laus: decus ingenii. gloria. fama manent  
Pectoribus viuunt hæc doctis. viuat vt astris.  
Mens sacra: funde deo: qui legis ista: præces

Finis.

**E**iusdem Rodolphi Agricola: de omnibus sanctis Hymnus.

**U**ox resonans toto fundat iam carmina mūdo  
 Atq; pio populus lucē hāc veneret honore  
 Ingens qua quicquid stellantis regia cœli  
 Continet; omne decus terris quod ad astra relictis.  
 Prorupit; seu turba prior que conscia mundi.  
 Nascentis vastum concreſcere viderat orbem  
 In linguas animasq; redit; vox sacra canoros  
 Concinnat modulos; a laudeq; cuncta resultent  
 Nunc rerum ille parens vnus pariterq; triformis  
 Nunc genitrix colitur pacis que pignora sacre  
 Contulerat mundo; columus nunc mente tuentur  
 Qui propiore deum; venerandaq; iussa cœpessunt.  
 Nunc homines cœlum meritos; iam quisq; suorū  
 Hic proavi colit; hic patris; nati atq; sodalis  
 Sanctam animam; sperare licet sperare iubemur.  
 Et similes aditus superos tentare colendo  
 Laus igitur tibi sit; pater optime maxime; tuq;  
 Virgo parens; vos angeliciq; chori; sacer atq;  
 Cetus apostolicus; vos sanguine martires almo.  
 Perfusi; & cōfessorum labor; atq; pudicus  
 Virgineus matrumq; chorus conierte bsnignos  
 Ad laudes animos; præcibusq; mouete tonantem.  
 Vt cum summa dies hominem dissoluerit; astra  
 (Qua licet) & vestre rapiat consortia laudis;  
 Rodolpho langio.

**F** Ormosa rerum iam facies perit  
 Nudaq; sternunt arboree come



Terras: & os late sonantum

Cōticuit volucrum per agros

T sol reflexos retro abigens equos

Nigros reuisit nunc Garamantas: &

Si qui iacēt: qui forte Nilum

Fonte bibunt modo pfluentem

Rgo omnis alte mons niuibus latet

Oppressus horret saxea candidis

Moles pruinis & soluta

Voluitur alpibus e supremis

Ix montis instar p̄cipites quoq;

Siluas trahens & saxa sonantia

Surdifq; fuudens vota diuis

Ipsē miser rapitur viator

T sericarum splendida mercium

Sperguntur imis scrinia vallibus

Auroq; multo plumbee spes

Cum domino perit empta bullæ

Enderē vidi vertice montium

Amnes gelatos p̄cipiti iugo

Marmor putares atq; passos

Saxifice faciem Medule

Idiq; sparsas cautibus horridis

Mortes virum: quas vis hiemis dedit

Euiq; spem longam futuri

In rigidis niuibus sepultam

Vro p̄ramebat pectore ferreum

Durissimis cor par adamantibus

Calcere gressu quisquis ausus

Primus erat glaciem labante

Quisq; cœlo repere rupibus  
 Siue Hercules seu qui quis hic extitit  
 Cui fama fallax atq; canis  
 Caula fuit fera gloria aulis  
 Oritalum quo gens ruit improba  
 Vicisse vel quid laudis habet bone  
 Quicquid timetur: qui feroces  
 Corde tamen patitur tyrannos  
 Ecce terre quem cuncta ferunt potest  
 Quin terra metus comprimimus mala  
 Qui calcat iras spem metumq;  
 Herculeos superat labores  
 St vera nostri gloria seculi  
 Rodoiphe getis Icutonice decus  
 Docta valens lingua: valensq;  
 Mente bona pariterq; docta  
 Rchana rerum tu penetralia  
 Calles: ad altam que via gloriam  
 Ducat peritus: clara rebus  
 Exsolidis tua nascitur laus  
 Ed celsa seu te sidera detinent  
 Seu sacra terris quid creet omnibus  
 Rerum parens natura queris  
 Siue premis ratione mores  
 Vchuc fac astis cordaq; tristibus  
 Exolue curis: risibus & iocis  
 Curui senis fidus retundens  
 Vince focis hiemem merocq;  
 Vgasq; fronti demito nubile  
 Ioh bache ter ioh bache quater sonas



Laxanda mens est: namq; rumpi  
Que nimium rigeant videmus

¶ Caspari abbati montis sancti Georgii.

**T**Andem sepe mihi precibus votisq; petiū  
Tempus adest: tandem læta dedere dei  
Da da phœbe lyram date vos mihi carmina Musæ  
Ipsaq; fer teneros huc elegia pedes  
Læta canam: toto quis me sit letior orbe  
Gaudia quis pleno pectore tanta capit  
Redditus est nobis magni conspectus amici  
Cerno viri vultus contineoq; manus  
Qualis erat vasti post longa pericula ponti  
Duluchii letus vidit vt ora parens  
Post latebras matrisq; dolos cum dulcis Achilli  
Patroclus vidit lumina: qualis erat  
Talis ego aspicio vultus probitate verendos:  
Læticiamq; fatens occupat ora rubor  
Et stupeo nec adhuc penitus cōprehendere possum  
Vnde sit optati copia tanta boni  
Vt te post longos (nec spes erat amplius) annos  
Intuitus verbis alloquar ipse meis  
Et paribus studiis tempus reminiscier actum  
Et dulci liceat rursus amore frui  
Sume precor multam simul optatamq; salutem  
Quāq; potes rebus tu dare: voce cape  
Nec votum tenuis dulcissime caspar amici  
Spreueris: exaudit vota modesta deus  
Gaudeo cuncta tibi flatu spirare secundo

Fortunamq; tuis moribus esse parem  
 Quam victam totis repulisti viribus olim  
 Nunc redit atq; sinus appetit vltro tuos  
 Hoc probitas; firme hoc meruit constantia mētis;  
 Durus & hoc casto stans tibi corde rigor  
 Et meruere bone generosi pectoris artes  
 Que vitam atq; animos excoluere tuos  
 Sermoq; cui cedant morientis carmina cigni  
 Qualem est in Pilio fama fuisse sene  
 Summus amor recti summa incōcussa; virtus  
 Magna quoq; in magnis exiguisq; fides  
 His tibi materiam victure in tempora laudis  
 Colligis; & mortis tristitia iura fugis  
 Omnia mors sternit; quod natū est occidit; vna  
 Fine caret virtus & benefacta manent  
 Viderat ista Sigismūdu; quid non videt ille;  
 Inclyta qui rerum est gloria queq; decus  
 Quo melior terris; quo non est iustior alter  
 Fortis & in duris qui ratione potens  
 Quēq; ego præteriti quo mundus splenduit auri  
 Ante louem exemplum certa; signa puto  
 Viderat; & toto penitus te pectore fixit  
 Et dixit; Caspar tu mihi magnus eris  
 Tu mihi magnus eris grauiū qui pondera rerū  
 Gestet & in cunctis cui mihi prima fides  
 Dixit; opes simul & magnos cōcessit honores  
 Quos potuit; non quos sumere dignus eras  
 Omnia nam dederit; superat tamen omnia virtus,  
 Nec tanti quicquā maximus orbis habet  
 Ergo licet fructus nostri mihi desit amoris



Gratulor ex voto cedere cuncta tibi  
Forte dies veniet rursus qui federa vitæ  
Conferat: & iuncto claudat vtrumq; loco  
Et studiis totos liceat impendere soles  
Verbaq; demirer quæ ubi docta fluunt  
Laudato s; velim claro s; effingere sensus  
Quos stilo farmas ingeniose tuo  
Quod si fata vetant: alio si forte vocamur  
Atq; mihi vitam sic deus ire negat  
Tu tamen ante omnes præclari nomen amici  
Accipe: te reddent noxq; diesq; mihi  
Semper & herebunt vultus mihi mente benigni  
Dulcibus herebunt emula verba fauis  
Ast ego ni labor hic frustra mihi durat in annos  
Sed dabitur studiis nomen habere meis  
Et seu grande loquens carmen connectere coner  
Dura quod & fortes arma virosq; canat  
Seu iungam lachrimis elegos & questibus aptos  
Forte & apollineæ fila mouebo lyre  
Siue cadant iunctis pedibus seu verba solutis  
Et nobis aliqua gloria parte venit  
Quicquid ero cunctis mihi tu laudabere chartis.  
Atq; mihi nullum te sine nomen erit  
Tu memor esto mei: quid eni precer amplius a te?  
Cum mihi non aliud gratius esse queat  
Hoc precio quod uis facere & pferre iuuabit  
Hoc ductus præcio dulcia cuncta putem  
Fac iubeas: ibo mauros: vltamq; lyenem  
Et sequar aduersi frigor seu a poli  
Aurore vltam rolea ceruice cubile

Pressum: & phœbeas que rapit vnda rotas  
 An dubitas ne ficta loquat in aiora q; veris?  
 Quod si vana putas nuda q; verba lube  
 Si meior ergo mei: nunq̄ tu pectore nostro  
 Nō dum viuus ero: non quoq; morte cades

**C**Ad Iodocum Besselium Hendecasyllabon.

**L**Eto lumine lubricum renidens  
 Et q̄ fronte potes nitens serena  
 blandam: molliculam: meram salutē  
 Dices Musa viro: chorus tuarum  
 Quem totum sibi vendicat sororum  
 Quem gaudens animus labore lato  
 Finxit candidula manus: lepores  
 Aspirans venus: indiditq; quicquid  
 Est illi salis & facietiarum  
 Iuuerunt posita pharetra amores  
 Et blande Charites decore toto  
 Perfudere virum simulq; cuncti  
 Dant ridere: loqui: videre latum  
 Et si dulce velit velit modestum  
 Dant cantare decens: & hanc calentes  
 Que curas teneris parit puellis  
 Et pectus miseris reuoluit inum  
 Vox sua uis tenero vibrata flexu  
 Fac sumat cytharam manu nitente  
 Psallet quale tuas putes sorores  
 Vx: aut posse tuum sonare phœbum  
 Cursu tam facili chelin pererrat



Tam metro modulos decente necesse  
Quin & docta sinu suo Minerua  
Hunc totum excoluit graues per artes  
Artes: quas madidas comas Thalia  
Nardo temper habens: rosisque fractas  
Ludo & liberiore leta vino  
Haud est nosce tuum: sciunt sorores  
Artes ingenuasque nobilesque  
Et frontis rigide parumque lætas  
Quas aut Uranie grauisue Clio  
Facundis melius modis sonabunt  
Sed pergas age perferasque iussa  
Respectas: quid inepta: quid moraris?  
An restas: dubitasque quis sit iste  
Quem dico: hic meus intimis medullis  
Certa mente meus: fideque certa  
Et totus meus est: meus lodocus  
Splendor Bessælie domus decorque  
Iam gaudes scio: iam tibi paratam  
Speras frontem hilarem: manuque læta  
Prender te cupidus: putas. & istud  
Credi (qui suus est amor) licebit  
Sed quod vos nimium iuuat camene  
Quod semper petitis: quod ob labores  
Et somnos venit: estque fructus vnus  
Laudari: meliora det deus: ne  
Tantum desipias: vt ipsa speres  
Quod te optare tuus pudor vetaret  
Et nulla ratione quod mereris  
Solos docta iocos licente ludo

Et mensas placido mouere risu  
 Corrugas faciem; caputq; quassans  
 Hunc credis tibi perditum laborem  
 Haud est quod metuas; nec hoc peribit  
 Necperdes operam: dabit vel ipsa  
 Quod pluris fatearis esse: quodq;  
 Malim: q̄ me hedera ter obligatam.  
 Frontem cingere nobiliue lauro  
 Quo senus nimium rependat: at tu  
 Mirandum esse putas: quod hoc sit: atq;  
 Non laudabit ais: quid ergo? Amabit

¶ Philippo Philippi ducis Brabantie no-  
 to Epithaphium

Hac quicumq; via transis aduerte viator  
 Lumina: quidq; velim pauca verba lege  
 Ecce iacet meritis & sanguine clarus auorum  
 Cruibeca quo domino gaudia longa tulit  
 Quem qui belligeros iusta ditione Brabantos  
 Rexerat. & gentis gloria summa fuit  
 Liber: & a thalami seiunctus iure Philippus  
 Procreat atq; suum nomen habere dedit  
 Ipsa sibi titulos aurumq; parauit equestre  
 Virtus quodq; manet secula cuncta decus  
 Grãdia tam pãruo fera mors premit ossa sepulcro  
 Mens ea que meruit moribus: astra tenet,

¶ Aliud de eodem

Si genus & probitas magneq; modestia mentis  
 Flectere fata queant: siue mouere preces  
 Quod nollet (neq; enĩ tãti sibi vita) Philippus  
 Viuus adhuc populi maximus esset amor



Hunc creat absq; thoro tenuit qui iusta Philippus  
Sceptra Brabantiaci duxq; decusq; soli  
Quod potuit magna matrem virtute redemit  
Et virtute equitis nomina clara tulit  
Cum summas potuisset opes sumpsisse: modestas  
Maluit:& domino cruibeca leta fuit  
Seua quod hic speres nihil est mors: naq; per euū  
Viuent:fama viris: mensq; sacra deo

¶ Aliud de eodem.

Quisquis ades cuius blande mortalia mentem  
Sollicitant: monitis spernere disce meis  
Sum genitus rapidū & iuuenile calēte Philippo  
Leta Brabantiacō quo duce terra fuit  
Sed cupiit genuisse thoro: dignusq; videbar  
Quod po. ui. illius nomen amorq; sui  
Et genus equauī bellis ac mente manuq;  
Aurea promerui munera clarus eques  
Quid memorem cultus quid opes nomēq; decusq;  
Cuncta iacent: fluidis nunc age fide bonis  
Nec mea fata dole (serum est) tua fata timeto  
Sors mea preterit sors tua dura venit

¶ Aliud de eodem.

Noīa patris habens: satus at sine lege Philippo  
Clara Brabantiaci iura tenente soli  
Clarus eques titulis: domino quoq; cruibeca clara  
Quicquid erat modicus nunc iacet ecce cinis

¶ Idem disticho compressum

Dux cui dat vitam abs thoro nomēq; Brabantus  
Cruibice equesq; tenens iura Philippe iaces

¶ Margarete & Ludouice sororū epithaphiū.

Margarita iacet simul & ludouica: tenellas  
 Quis rapis ah nimium mors properante manu  
 Has genuit hampuās dominusq; decusq; Ioannes  
 Laude equitis simul & iuris honore nitens  
 Burgundeq; dom<sup>9</sup> columē: magnoq; minister  
 Pectore: prima fides cōsiliūmq; ducum  
 Nondum ter vacue viderunt cornua lune  
 Porta ferox summū clausit vtriq; diem  
 Vita nequiuit eas. iunxit mors: vtq; fuerunt  
 Vnus amor patris: vnica claudit humus.  
**C**In faciem Ciceronis inicio orationū suarū pictā.  
 Ora vides audisq; diserta tonitrua lingue  
 Quid rogo de vino plus Cicerone feras  
**C**In facies duorum amantium pictura expressas.  
 Ecce dat ars oculos datq; ora simillima veris  
 Quantū erat vt vocem diū facileq; darent.

Eiusdem epigramma.

Postera quid portet dubium lux: accipe præsens.  
 Quod datur, & celeri pspera carpe manu.  
 Quodq; feret tempus fer letus, & aspera forti:  
 Mente doma: vitę si tibi grata quies.

Aliud eiusdem.

Optima sit vitę que formula queritis: hec est.  
 Mens hilaris faciens quod licet, idq; loquens.



**Hermolai Barbari Oratoris, Patriarchæ  
Aquilienſis. In Rodolphum Agricolam.  
Epitaphion.**

**Inunda clauſerūt hoc marmore fata, Rodolphum  
Agricolam. Phryſii ſpemq; decuſq; ſoli,  
Scilicet hoc viuo: meruit Germania laudis  
Quicquid habet Latiū, græcia quicquid habet,**

**TELOS**

**Disertiffimi viri Rodolphi Agricoleꝝ aliquot  
opuscula finiunt, Anuerpiæ. Pridie Calenſis. Februa-  
rias, ANN. M. D. XI. REGNANTE IMP.  
CAES. MAXIMILIANO AVG.**


**Theodericus Martinus Aloſtenſis imprimebat.**

The first part of the book is  
 devoted to a general history of  
 the world from the beginning  
 of time to the present day.  
 It is written in a plain  
 and simple style, and is  
 adapted for the use of  
 schools and families.  
 The second part of the  
 book is devoted to a  
 description of the different  
 countries of the world.  
 It is written in a plain  
 and simple style, and is  
 adapted for the use of  
 schools and families.  
 The third part of the  
 book is devoted to a  
 description of the different  
 parts of the world.  
 It is written in a plain  
 and simple style, and is  
 adapted for the use of  
 schools and families.


Printed and Published by  
 W. B. E. & Co. No. 10, South Street,  
 London.



Rudolphus Agricola natus Bassoldi  
pater Curionis atq; Groeningae educatus,  
moritur V. Kal. Novemb. 1485. atq; heri-  
dologica sepelitur in cuculla vti insurat  
apud maiores. plura patet Opum in  
opere Chronographico fol. 726 Miratus in  
Elogijs fol. 108. clarior Belgarum, Val-  
Andreas diffolius in Bibliotheca Belgica  
fol. 704. Early found. Suffidij Patrio







1650-53



